

Charles Bave M.D.
BATH.

BAVE (SAMUEL) 1588–1668.

7519. In Latin, on paper: written by Samuel Bave about 1629–37: 6×4¼ in., vii+320 and vii+280 leaves. In vellum binding.

'Consultationum Medicarum. Tomus primus (-secundus)'. Bave's records of his cases, 1629–37, with his medical correspondence, copied and signed by him, including many letters from Sir T. de Mayerne (one in English) and some from Edward Lapworth, Thos. Winston, Theodore Diodati, and others. Vol. 1 has indexes (fol. 213) of patients and diseases. 'Rationes Physicæ & Determinationes medicæ' (fol. 225), notes arranged under the letters of the alphabet, with blanks for additions, occupy the latter part of vol. 1.

The handwriting is that of Bave's commentary on Hippocrates, no. 174. More than half of vol. 2 is blank.

In 1632 Bave sent his daughter, aged 2, to London to be touched by the King for scrofula, with good results (i, foll. 163, 183^v).

With bk.-plate of Charles Bave, M.D., of Bath (died 1734; grandson), and signature of Anth. Bave, 1736. Phillipps MS. 11780.

Bave was born at Cologne. While studying at Paris in 1620, he became tutor to the son of the English ambassador, Sir Thos. Edmondes. In Dec. 1620 he entered Christ Church, Oxford, probably as young Edmondes's tutor, and was admitted D.M. in 1628. "His denization took place 25 Feb., 16$\frac{29}{30}$." He settled first at Gloucester, and about 1640 at Bath. His monument at Bath Abbey is lost, but the inscription is given by Guidott (no. 2847, pp. 176–81). See also 'The Baves of Bath and of Barrow Court', by F. J. Poynton, London, 1885. [W. O.]

CONSULTATIONUM Medicarum.

Tomus primus.

Mth: Bare 1736.

VII (ult.)

CONSULTATIO PRIMA.

Status viri Clarissimi Dni Johannis Bruidaman delineatus 18 Martij 1629.

Ex prioris urinæ inspectione copiosam saburram phlegmaticam & melancholicam in colon & præsertim meseraeo & hepate stagnantem, ac sic per universum genus venosum destributam teneri. Sequenti verò die urina tenuior coloris straminei cum paucis aut vix ullis contentis mihi examinanda contigit. Quare ad corpus repurgandum leve pharmacum prima die tale exhibui quod

Infusionis rectæ purgantis cois ℥ viij Foliorum sennæ alexandr: irroratorum vino albo ʒ iß. Seminum carminant: carui, anisi, ana ʒ j leviter contusorum: Infundantur per noctem in cineri: tepidulis & manè cola cum valida expressione Deinde quod ℞ Rhei electi ʒ j. Cinnamomi ℈ j. Infundantur vel. ʒ iij in ℥ j aquæ endiviæ addita una gutta salis tartari dissol: Mane exprime va:

A

side ... M· cum præcedenti colatura.
℞ Mixturæ præscriptæ ℥iij
Syr: ros: cum agarico ℥j
Spus calc· g· iij M· Hoc præparativo
quater deposuit alvum 17· Martij
Sequenti die ad uberiorem evacuationem hu-
morum melancholicorum & phlegmaticorum
viscidiorum exhibui illi quod
℞ Mixturæ præscriptæ ℥iiij Syr: rosati
compositi cum agarico ℥jß. Pulv: ... phleg:
℈ß· Rhei pulv: ℈j· Spus calc· g· iiij M·
Unde novies secessu alvum à copiosa humorum
farragine liberavit.
Potum præterea diætetricum ...entem & ex-
siccantem ex piæ memoriæ Dni Smith præ-
scripto continuandum reliqui; hoc tantum ad-
dito ad conciliandum robur hepatis & ventri-
culi spiritusque animales refocillandos ...
subscripti Electuarij sumendi quantitate avel-
lanæ ... omni consului.
℞ Conservæ cariophil: Calendul: florum beton:
ā ℥j· Diarrhod: Abbat· ℈j· Diamoschi dulcis ℈ß.
Tabul: marg· confect: ... ℈jß. Item: tart: ℈ß
cum s· q· syr· de ... : M· f· ... :

11. Pro Nobilissima Dna Bridgman.

Cum Nobilissima hæc matrona flatu sæpissime cruciëtur myrachiali præscripsi ipsi prima die præparans humores pharmacum priori præscriptioni non absimile nisi quod major seminum carminantium copia compositionem ingrederetur ei præscripsi, sequenti die majori dosi humores noxios subduxi ac denique hoc Electuarium alterationis ergo præscripsi

℞ Conserva borraginis, Buglossæ Anthos ana ℥j. Florum Aurantiorum ℥jss. Tabul: contra flat: ʒij. Spec: aromat: rosat: ʒjss cremoris tart: ʒj. cum s. q. syr: de fumar: M. f. Electuarium.

Potus diæteticus præscriptus Nobil: Dno Johanni Bridgman a Dno Smith.

℞ Ligni sancti rasp: ℥vj. Sarsæ parill: ℥iiij. Sassafras ℥ij. Liquerit: Cinnam: ana ℥ss. Carriophil: ʒj. uvarum passul: solar: ℥ij. Flor: cordial: M.j. Radic: cich: M.jss. Epith: M.j:

florum fumat: m. j. pro quinq. congijs alla[illegible]

III Pro Nobilissima Dna Jordan 27. Junij 1631

Mutandus jam venit proximo autumno cursus therapeuticus antehac præscriptus eo quod Nobilissima hæc matrona jam magis gravatur copia cruditatum & succi melancholici, lienisque majori indies angitur dolore. Superest itaque ut potu diætetico & diæta chalybeata majoribus periculis occurratur. Præscripsi illi itaque 3 die Octobris sequentia. ℞ Infus. purg. ℥iij Syr. ros. ℥ss Spir. cale: g. ij M. Capiat prima die.

℞ Inf. purg. ℥iij Syr. ros: comp: Mannæ ana ʒj Spir. cale g. ij M. ad seq. die.

℞ Fæcul. bryoniæ, aaron, calami aromat. ana ℈j. Corticum interior. fraxini, tamarisci, capparor. diagalangæ Castorei ana ℈ss. Salis de arthemis: cristal: tart: ana g. vj Hieræ picræ ʒiij. Flores rosat. ℈iss. Pulv. ari cachect: ʒb. Cum s. q. syr. de fumar. [illegible] f. pil. cap: unã sing: auroris & unã 4tã pom: cũ exercitio.

℞ Fol. phillitidis. Agrimoniæ, Absynthij Rom: ana hos in umbra siccat: ana m. ss. Stœchados, epithymi ana p. ij Semin: anisi, fœnic: dulcis ana ℥ss. Nucist: n. ij Radic: polypod. querc. ℥iij Liquirit: ʒij. cortic: inamaricat interior. fraxini ana ℥ss. F. pot: ciat: p. pribq congijs.

Capiat vero post horam ab assumpta pilula haustum huius potus diætetici mane & tempore pomeridiano:

IV Status Nobilissimæ Dnæ
Mariæ Fleetwood delineatus
1 Junij 1630.

Vocatus ultima Die Maij ægram hanc visitavi quam reperi conquerentem de cruciatibus infimi hypogastrij. Inquisivi itaque primo quomodo se alvus haberet lubricane an vero constipata, respondit se jam a biduo nihil fecis evacuasse. Ulterius quæsivi quomodo habeat menses. Ad tunc illa retulit se eos habere quidem sed incertis & inordinatis periodis recurrentes, ante decem enim dies apparuisse menses statos itaque parce, & jam expectatos recurrere in minori quantitate: Præterea dicebat se diu antehac conflictatam fuisse acutissimis doloribus ventriculi præsertim ab ingestis; Mensis enim elapsus est a quo symptomata ante-hac leviora invalescere cœperunt. Et malum quod aliquando ad horas aliquot consopitum videbatur mox recrudescebat usque ad diem Dominicam ultimo elapsam, qua incidit in acerbissimos hypogastrij dolores ut jactitando se nunquam tempus ferat, cum multa incassum tentarit nec ullum adhuc constans levamen

senserit. Atque inquirenti mihi cujus opera usa fu-
isset, quibusque pharmacis respondit Dm Franciscu[m]
Smith in praesentiarum assistentis medici fungi offi-
cio. Itaque ex eo tanti mali causas sciscitari caepi.
Respondit ille eam solitam fuisse conqueri de
hypochondrii sinistri dolore gravativo, acido &
aluminoso sapore vomitu excretorum (deposita
viscida pituitosa & viciosa saburra aliquantu-
lum tamen videbatur recreari) cruciatu fundi
ventriculi, vomitionibus spontaneis praesertim
a sumpto cibo, & doloribus pungitivis in mam-
ma sinistra. Haec omnia adhuc durant sed mi-
tiora sunt excepto hypogastrii dolore fere con-
tinuo & acerrimo; juxta illud Hippocratis dua-
bus partibus simul affectis major tollit mino-
rem. Non est praetereundum silentio quod
ante decem dies vomitu exclusit sanguinis
trombosi & nigri uncias plus minus tres,
eademque die secessu dejectiones tres atravi-
larias cum insigni ad tempus levamine. Cum
rei exigentia ratione εὐφορίας subsequentis
postularet uberiorem istius succi noxii evacu-
ationem sollicitarunt naturam clystere aliisque

ïementibus semel in die spacio triduj cum subductione succi prædicti & tunc visa fuit meliuscule habere alternis diebg. Do: nec ferus in hypocastrij dolor eam invaderet. In statu tam arduo & ancipiti confugimus ad te Vir excellentiss: Repurgatum enim aliquoties fuit corpus, sanguinis emissæ aliquot unciæ, enemata injecta plurima, fomentationes, unctiones, cataplasmata applicata, cardiaca administrata, sed omnia sine desiderato aut emolumento. Hic opem tuam nobis largiari obnixè rogamus; Faxit Deus ter opt: max: ut tuo consilio instructa hæc ægra inculpatæ restituatur sanitati.

Compendiosa hæc huius status delineatio orata quidem fuit viro eruditiss: Dno Doct: Ashworth, sed ille nescio quibus irritatus furijs consilium nobis se suum negavit, nec ullis induci potuit persuasionibus, ut ægræ huic opem ferret, sed iratus colloquium mihi ulterius negavit.

Cursus therapeuticus pro Nobi-
lissima Dnā Maria Fleetwood in-
stitutus 4: Junij 1630.

Cum ex symptomatibus in statu huius ægræ delineatis liquido constet causam tam ferocis mali esse farraginem succi melancholici in mesaræo, ramo splenico, liene, partibusq; adjacentibus collecti, propter obstructiones diuturnas viscerum naturalium; unde intemperies frigida humida ventriculi & calida sicca hepatis tanta oborta, ut natura nō valens bene concoquere ingesta, & hepar impar correctioni erratorum ventriculi ammatosis adeo labefactata est ut cacochymia laboret ægra; ut autem malum quod iam urget castigetur & majoribus periculis occurratur, sic rem aggredi constituimus.

Primo vomitorio facili provocetur vomitus ad excutiendam sarcinam ventriculi.

Sequenti die leni eccoprotico phlegmagogo & melanagogo subducuntur fæces alvi

Ac deinde instituatur diæta chalybeata corpore

sic repurgato hoc vel simili medicamento quo habetur ratio intentionum curativarum.

℞ Extracti gentianæ ʒj ß . eupatorij ℈ij Centaurij minoris ℈j . Rhabarbari ʒj . flores cucortimæ ʒiij . Chalybis præparati ʒij . Spec. diagalangæ ʒj ß . cum s . q . syr . de absynthio M . f . massa cui addatur spiritus tartari chymici g . iij . M . denuo & f . pil: minusculæ.

Et aliquando ejus loco cum natura delectetur varietate substituatur hoc vel simile Electuarium.

℞ Conserv: florum cichor: borraginis, anthos ana ʒj ß . Chalybis præpar: ʒiij ß . Rhei pulveris: ʒij . . . . . aram arom: ana ʒj ß . Cortic: citri condit: aurant: ana ʒj . . . cum cinnamo: chym: g . ij . Cum s . q . syr: de cichor: comp: cum rheo f . Elect:

Hæc omnia ut & cætera iam dicta necessaria administranda pro ratione intentionum curativarum ut visum fuerit assistentis medici iudicio relinquo cum moderamine de eos medtor.

chalybeatorum, exercitij & quantitatis cere:
visiæ absynthiacæ hauriendæ post exercitium
Deum ter Opt: Max: rogo ut ita prospere
administrata pharmaca ut Dna hæc obtata
restituatur incolumitati.

Litera Dni. Francisci Smith
Superstatu Nobiliss: Dnæ Fleetwood
postquam passa fuisset recidivam.

Ornatiss: Dne mihiq3 amiciss: Consilium
pro Illustrissima Dna Fleetwood præscrip:
tmus, maxima cum diligentia & non multo
minori cum levamine prosequuti sumus; unde
non minima in nobis exorta fuit spes salutis.
Sed vicesimo die huius mensis Junij, menses
per septimanam antevertentes apparuere & par:
ce admodum per 4 dies vix dicam profluxere,
His tamen occlusis vel terminatis incidit ite:
rum in vomitiones, materiam crudam & vitreã
excludentes, idq3 sæpius in die: postea se:
quebantur infiniti illi nec inopinato vertius
cruciatus, una cum doloribus in infima parte
ventriculi, liene & mammis &c. ut antea

rerum status fuit, sed cum majori virium dejectione, & hucusque continuavere, at cum aliquibus lucidis, ut ajunt intervallis. Vomitum propinavimus optime agentem, proxima die potionem lenientem, sed nihil movebat; deinde enematibus usi sumus dolore lenientibus, fomentationibus cataplasmatibus &c. parum tamen cum successu, nam adhuc non cedit malum, sed speramus brevi terminatum iri. Tuum tamen iterum desideramus auxilium, optamus & expectamus prudentiam, qua nihil acceptius mihi accidere potest. Tempus praecurrit calamo, Vale & fac ut mutuo me ames

Junii 29. A. 1630. Tui Studiosiss:
Franciscus Smith.

Postscriptum.
Causam horum torminum pro certo habeo flatulentos & acutos esse spiritus menstrui sanguinis circa matricem & hypogastrium fluentis.

Brevis delineatio observandorum in morbo nigro in gratiam Nobilissimæ Dnæ Fleetwood
16. Junij 1630.

Hic quo ad partes affectas, imprimis ventriculus læditur, ut patet ex vomitu & inappetentia, jecur praeterea & lien male affecta, quia pravus nimis & niger succus in hisce visceribus coacervatur: Verisimile quoque partes infra ventrem lædi circa vias communes & venas ibi consistentes. Videntur autem per essentiam lædi jecur & lien, ventriculus vero per consensum. Affectus intemperies est & obstructio. illa quidem calida & sicca hepatis; Obstructio vero in meatibus jecoris lienis & partium circa ventriculum. Præterea videtur morbus à tota substantia in visceribus talem humorem aggregantibus.
Est morbus magnus ratione symptomatum, partium laesarum, & resistentia. estque morbus quem Hippo: 2 de morbis vocat nigrum eumque ibi describit & curationem docet.
Causa procatarcta forte fuit usus ciborum

acrium, salsorum, & dulcium unde talis hu-
mor solet generari accedente viscerum imbecilli-
tate praesertim jecoris calore & lienis male
expurgantis jecur. unde sanguis limosus gigni-
tur & melancholicus qui impeditus lieni con-
servatur, quousq; natura irritata copia vel ma-
la qualitate transmittit eam per vomitum. fru-
menti corruptio affectionem auget unde exten-
uatio corporis

Prognosim quod attinet eam ex Hipp: 4 aphor
21 & 22 pronunciamus affectum scilicet nunc
esse lethalem, eoq; priorum exitum quo corpo-
ra magis sunt extenuata, & morbi diuturnitate
attrita ut patet ex 4 aphor: 23, illud autem
intelligendum est de succo melancholico non sim-
plici, sed eo qui degeneravit in atram bilem
propter ejusdem summam facultatem corrosivam,
alvus enim ejus excretio critica morbum solvit.
Scopi curativi occurrunt duo 1. Evacuatio hu-
moris peccantis, alter vero prohibitio ne am-
plius generetur attemperando calorem.

Evacuatio humoris ad revellendum vel partes in-
feriores convenit ita ut alvus humida servetur
clysteriog lenioribus ex jure carnium, sacchar

rubro, oleo violato & similibg, aliquando
vero per ea quæ sumuntur quale est jus-
pulli in quo tartari & sennæ ʒj per nocte
infundantur & mane expressum detur. Lac
asininum per intervalla exhibitum attemperat
viscera & prohibet generationem humoris. Hipp.
eos purgat Elleboro per intervalla, quo antimo-
niata rite præparata tutiora & non minus effi-
cacia si vires ægrotantis eorum usum non vetent.
Præterea refrigeranda erunt viscera & attempe-
randa lacte, ejusdemqꝫ sero, brodijs & pti-
sana, aqua hordei. Omittenda cibaria omnia a-
cria, salsa, dulcia, oleaginosa & viscida. Bal-
neum aquæ dulcis ad contemperandum corpus op-
time probatur. Hipp. suadet præterea sectio-
nem venæ utriusqꝫ salvatellæ, hirudines for-
te proderunt. Abstinendum vero in hoc morbo
ab unctionibg & emplastris adstringentibus ad
ventriculum. Vitanda adstringentia, acetum &
omnia medicamenta acetum recipientia.

Postquam redijssem ad Illustrissimam
hanc dominam sexta die Septembris
1630 passa fuerat recidivam ante 10
septimanas & morbus invaluerat in dies.

atq; ideo sic rem aggressi sumus.

Descriptio diætæ & therapeiæ relic-
ta Nobilissimæ Dnæ Mariæ Fleet-
wood 7. Septemb: 1630.

Septimanas istos chronicus ortos ab implicatis
affectibus hactenus à nobis descriptis varijs
artibus compescere conati sumus, sed non gra-
rato successu, quippe cum ipse morbus medica
vires superare videretur. Cum enim expecta[illegible]
insultu natura hostem internum aggredi cœ-
pisset circa finem Maji ultimo elapsi, viribus
hac nostra instructa medicamentis specificis
ita bene sibi visa fuit habere ad aliquot
septimanas ut animis omnino non leuem recu-
perandæ valetudinis pristinæ spem relinqueret.
Quamvis ad decem septimanas doloribus acu-
tissimis antea vires non parum labefactatæ fu-
issent; Inani tamen spe imbuti (ut) fuimus
siquidem circa 15 Augusti recidivam pati cœ-
pit. Malum indies maximo incremento, cum
inquietationibus inquietis, Algia lumbis do-
loribus [illegible], & ventriculi [illegible] tumore
[illegible], vomitionibus continuis, virium dejectione

& musculorum flacciditati consentia, periculum augebat. Alvus praeterea solito segnior si quando sollicitabatur clysteribus, alijsve medijs, dejectiones apparebant foetida, variegatae inaequales, & fermentatione in natura surgentes. Pulsus valde debilis, aequo velocius utrumque carpum sed praecipue sinistrum ferit. In tam arduo & ancipiti ubi omnia in aegrae exitium conspirare videntur, etiamsi funditus malum evellere merito dubitemus, curam tamen his remedijs ad minimum moliemur palliativam.

Secundum scopos curativos ad contemperanda viscera naturalia usum commendamus balnei dulcis repetendi singulis diebus bis si vires ferant.

Balneum praeparetur hoc modo.

℞ Malvae, bismalv. Chamomillae argentinae ana m. iiij furfurum. pollentae ja congios j

Bulliant in s. q. aquae pro balneo, renovetur tertia quaque die.

Notandum est primum indicium esse rationem evacuationis humoris peccantis, quamquam exerceatur hoc balneum & in hunc finem commendamus medicamenta in priori cursu therapeutico praescripta, si vires aegrae eorum usum

admittant

remittant vel hoc modo cuius formula
℞. Decoctionis, ex cichoraceis, asplenio, cum radicibus aperientibus, floribus cardiacis & seminibus carminantibus ℥ xiiij. In hac decoct. infunde per noctem in cinere tepidulo ℥ ij: foliorum sennæ irroratorum succo limonum ʒ ij agarici recenter trochiscati ʒ j. Rhabarb: electi ʒ iiij cynnam: ʒ j tartari albi ʒ ij mane fiat colatura ut est artis ℞ Huius coloraturæ ℥ iiij ß — syrupi rosati solut. mannæ calabræ ana ℥ j ß aquæ cynnam: dericoris q. s. ad gratum sapo rem. M. exhibeatur prima die
Quod si dejectiones ultimæ appareant foeti: dæ, repetat sequenti die eandem quantitatem colaturæ cum syrupi & mannæ ana ℥ j
corpore sic rite repurgato ad balneum supra præscriptum deveniendum quod ingrediatur tepidum & prima vice horæ quadrantem non excedat
Ingrediatur in aquam balneum mane jejuno ventriculo. & si quid eius unum impediat quo minus eat eo id tempus aliquod: Parato balneum excipiatur lodice calente & exsiccata ingrediatur lectum calidum, ibidemque capiat haustum .ji-ij

asinini cum sacchari pauxillo & surculo menthae crispae. à sumpto lacte nec dormiat. nec edat aut bibat ad horas duas ad minimum.
Sorbeat aliquando jusculum. aliquando ptisanam. aquamve vel cremorem hordei decorticati. Cibos illi consulimus euchymos & facilis concoctionis eosq[ue] potius elixos quam tostos, quales sunt caro vitulina. vervecina, pulli gallinacei. perdices. phasiani &c. Pro potu habeat cerevisiam bene coctã claram & mediocriter lupulatam; abstineat à viscidis omnibus, item salsis. dulcibus minus acidibus & succum melancholicum generantibus.
Quod si his mediis natura defatigata contra morbum non assurgat exhibeatur aegrae horâ somni tabulae cardiacum. ℞ Aqua borrag. melissae, cardui ana ℥ß. Syrupi cariophil: ʒij. conf: alkerm: ʒß. M. capiat horâ somni.
Sin vero natura fatiscens vi morbi hisce nõ refocilletur satis exhibeantur aegrae gr: iiij vel v. lapid: bezoar orient: ex coch: praedicti juleppi superbibendo reliquum.
Surgat septima matutina & eat cubitum 9 vespertina nisi aliquid inopinate accurrat quod harum horarum observationem impediat.
Quod si alvus non respondeat sollicitetur ad

minimum alternis diebus enemate carminante & emolliente, totiesq; repetatur una cum prioribus lenientibus donec dejectiones appareant synceriores.

Superest nunc ut colophonem imponamus curæ medicamentis splenetiis, hepaticis, & stomachicis, electuario, pilulis, vel potu diætetico hoc vel simili.

℞ conserva florum borrag. iunior. styrymij Romanum ana ʒj. Diamosc. dulcis ℈j. Confectionis alkerm ʒj. Diamargar. frigid. ℈j. Spec. [illegible] antisplenet. ʒiß. Cum s. q. syr. de mentha m. f. elect. cuius cap quantitatem avellanæ mane in aurora & hora quarta pomerid.

Pulvis antisplenéticus. ℞ Cortic. tamarisc. capparorum ana ʒj. Ammoniaci ℈j. [illegible] albi ℈j. [illegible] ℈iiij. Cristallorum tart. ℈ij. m. f. pulvis.

Loco huius Electuarij cum natura delectetur varietate substituantur hæ pilulæ.

℞ Pulveris nostri antisplenetici ʒj. Spec. diaa. ana ʒß. humectentur species s. q. syrupi de mentha & incorporentur cum s. q. extracti gentianæ f. pilulæ splenet. quarum capiat vice elect. ℈j in aurora & tantundem quarta pomeridiana.

Si natura nimis modiis lassetur ita ut ventri-
culus nauseet ad oblata pharmaca omittantur pi-
lulae & electuarium ad tempus, & eorum loco
capiat haustum subscripti potus.
℞ fol: agrimon: ceterach, pimpinel: adianthi
ana M ß. Cortic. radic: tamarisci ℥ ß. Radic:
polypod: quercini ℥ j. Macerentur folia & cor-
tex in lb j vini albi, postea facta expressione
reservetur vinum. & bulliant omnia in lb ij
aquae fontanae ad unius evaporationem. In fi-
ne ebullitionis adde vinum reservatum & cola.
Huic colaturae adhuc calidae immerge liquirit.
hyspan: rasae & incisae ℥ j. Cinnamo: ℥ iß. M.
fiat potus decantatione a residentia depuratus.
Pro demulcendo dolore ventriculi & lienis topi-
cum hoc applicandum censemus.
℞ foliorum cicutae hederae terrestris, malvae
violariae ana M j. conquassentur mixta in acre.
Deinde adde farinae avenaceae M ij bulliant
ad consistentiam pultis. Adde farinae lupinorum
foenu graeci ana M j. flores meliloti chamom.
ana p. ij semin: anisi foenic: dulcis contusorum
ana ℥ j. Bulliant ad consist: debitam. Adde saccu-
lo calide & inunge latus sacculi applicandum

parti dolenti oleo de cappariouc · ligatur pro
fotu · manè & vespere ·

Sicque administratis medicamentis optata fuit
restituta sanitati intra mensem. & adhuc
per Dei beneficentiam munitata fruitur sani-
tate. Duo enim jam ferè elapsi sunt anni
a quo bene habuit.

V. Status Domini Thomæ Milliro
designatus 27. Maji 1630.

Conqueritur vir Clariss: de sensatione trun
sub cartilagine mucronata, difficultate exerci-
tij vel violenti vel præcipitati. Nequit enim
festinanter incedere præsertim adverso monte
tunc enim cogitur pauxillum remorari donec
sedatus illo motus orificius ventriculi mitig
cedat lenius dolorem. Quæritur hic ex me
quænam sit nimis status causa, & quomodo
patiens ab eo liberandus.

Mitius itaque rem inspicienti quid mihi statuen-
dum videatur sic paucis perstringo.

Corporis tenuitas, cutum dolor appetentia ven-
triculi integra & laudabilis digestio arguunt
statum hunc non per idiopathiam ventriculi sed

potius per consensum lienis molestum esse. Agnosco quidem splenem carere tumore omnimodo praeternaturali & dolore, interim tamen ramum splenicum obstructum esse suspicor. Nam urinae tenues non raro arguunt ejus constipationem. Cum enim non satis depuratum a liene chylum ad se attrahant, impar est plerumque suo muneri in haematosi unde urinae tenues, crudae & copiosae remittuntur per ureteres, feculentiora vero separatis excrementa ad alias partes debiliores decumbunt, easque lacessunt. Praeterea integritas actionum naturalium ventriculi convincit satis ejus tonum non esse labefactatum. Huic addo quod dolor hic frequenter & incertis periodis recurrens idem arguit. Superest itaque ut per consensum affectum esse statuamus ut satis indigitatum. Affectus revera non contemnendus quippe cum symptomata secum adducat timoris & maestitiae plena; cum sciunt vapores isti melancholici caput petunt & facultates principes perturbant. Auctor itaque illi sum ut cursum subeat therapeuticum in quo hae sunt observandae intentiones curativae; post evacuationem universalem corporis ad specifica deveniendum splenetica & hepatica ac tandem corroborandum hepar.

& meseraicum, non neglectis interim iis quae in flatibus discutiendis praestant. Potiones & apozemata ex asplenio, scolopendrio, adianto, agrimonia, epithymo, foliis sennae, rheo & agarico cum correctoriis pro ratione virium & dejectionum convenientia aliquoties repetenda ex judicio assistentis medici statuo. Probe repurgato corpore & meseraio instituatur diaeta cnalybeata cum admixtione medicamentorum specificorum hepaticorum & spleneticorum ad dies plus minus viginti cum exercitio convenienti. Caeterum quod superest absolvatur medicamentis corroborantibus partes naturales, puta ventriculum, hepar, lienem. Ac si his mediis affectus non cedat ad valentiora proxime autumno deveniendum.

VI. Status Dni Guilielmi Jobe delineatus 12 Septemb. 1630.

Venit 9 die huius mensis ad aviam circa sextam vespertinam juvenis hic annorum plus minus 18, conquerebatur de dolore capitis, appetitu dejecto, lassitudine spontanea cum artuum dolore. Quaesivi itaque de die & hora qua primum conqueri coepisset, respondit fuisse

quinta die huius mensis. & ab eo tempore dolorem capitis continuasse sine intermissione. febris aderat lenta & continua, quam arguebat pulsus æquo velocior & minor. lingua vaporibus fuliginosis conspiciebatur inquinata, sitis quidem urgebat sed non admodum importuna & frequens. Ego statim suspicari cœpi morbi malignitatem.

10. Itaque illi 10 die huius mensis injici imperavi enema carminans & emolliens quo alvum semel sed copiose deposuit.

11 Sequenti die exhibui vomitorium unde evomuit quinquies bilem viscidam, amaram pituitæ tenaci commixtam.

12. Tertia die exhibui illi in aurora potionem catalagogam unde secessu alvi saburram octies excrevit. Noctes hactenus duxit insomnes ideo constitui illi propinare circa nonam vespertinam haustulum ex aquis cardui, scabiosæ, lactucæ, cum syrupo papaveris erratici. extracto ejusdem & ʒß. diascordij; Dormivit circa quartam matutinam horam unam. quietius quam nocte præterita transegit. nam: Interim tamen ne inflammatione spirituum suboriretur paraphrenitis aperui cephalicam dextram circa octavam matutinam. & sanguinis

extraxi circiter ℥ b. ipsius & sinapis. sine
manifestis tamen notis putredinis unde me-
liuscule visus fuit habere usq; ad quartā
pomeridianam; tunc enim cœpit conqueri de
lumborum sed præcipue dextri dolore. Horâ
somni itaqz denuo exhibui julapij juxta præ-
scripti cum extracto hypnotico circiter ℥ j. dor-
mivit aliquoties ad horam unam aut alterā
In aurora tamen continuari capitis dolorem 14
asserebat. ideo injici imperavi enema circa no-
nam matutinam. Hoc tempore circa 12 meri:
dianam cœpit conqueri de majori dolore ven:
triculi. ideo applicavi scutum stomachicum
ex absynthio romano & mentha. sine ullo ta-
men emolumento. Horâ somni exhibui illi pul-
veris mei cardiaci ℈ß. ex cochleari julapij
totam noctem difficulter peregit insomnem; In
aurora tamen cœpit dormire.
Et cum tunc temporis varijs conaminibus tentas- 15
set urinæ exclusionem incassum exhibui illi
cremoris tartari cum ejusdem magisterio ex
haustulo brodij. Urinæ tamen suppressio du-
rabat usqz ad horam duodecimam. quâ minxit
circiter ℥ ii lotij turbidi. Urina quæ adeo

spissa fuerat in principio ut obstructionis subo-
riturae in renibus vel collo vesicae non levem
suspicionem ratione crassamenti in fundo ma:
tulae subsidentis praeberet, ita continuabatur:
unde urina suppressa fuit; excrevit tamen vis
aliquantulum tota hac die. Quare exhibui illi
post injectum enema haustum posseti vini albi
cum succo nasturtij aquatici. bursae pastoris
& parietariae, unde copiose minxit ad lib ß.
circa nonam vespertinam, cum magna quanti:
tate saburrae limosioris fundum matulae celeriter
petentis. Hora somni tamen conquerebatur denuo
de doloribus ventriculi secundum illud Hippocratis
duabus partibus simul affectis major dolor tol:
lit minorem: Sedato enim dolore majori hypo:
gastrij distenti repletione vesicae percipiebat
iterum tristem sensationem partium naturalium
ubi sedes morbi. Exhibui illi itaque medicamen:
tum cardiacum ex julapio appropriato cum ʒß
confectionis alkermes, insomnem tamen duxit
noctem usque ad quartam matutinam. qua in:
cepit dormire & quievit ad horas tres partitis
vicibus.

16 Hac aurora suppressione urinae iterum molesta:

datur: Itaque exhibui illi primo dosin cremoris
tartari cum ejusdem magisterio, ac postea haustu
posteri diuretici cum pauxillo syrupi limonum:
Num secus videatur multo mitior, sine signum
tamen alleviationis dolorum: Ex haustu posteri su-
pradicti minxit circa meridiem copiose, et urina
abundabat copia crassamenti sed non tanta quanta
nocte praecedenti. Circa nonam vespertinam exhibi-
to medicamento cardiaco commisi aegrum quieti se-
posteaquam indormisset ad horas circiter duas, noctis
reliquum transegit inquiete: suppressam tamen uri-
nam sollicitavi suppositorio, unde crassamenti po-
tius quam urinae exivit circiter ℥iij. quod
crassamentum evaporatâ aquosiori et tenuiori por-
tione reperi limosum et tartareum.
Hodie derivationis ergo exhibui aegrae medicamen- 17
tum decoctorum duabus horis ab eo assumpto ex-
crevit fere lib. iß. liquoris clarioris et saturatioris.
Sed et ex utroque postea dejecit foetida, varie-
gata et valde putida. Ipsa [illegible] propi-
navi illi confectionis alkermes ʒß ex [illegible]
lapsu dormivit aliquando ad horam unam semis. ali-
quando minus experrectus leviter delirabat, sed inde
tamen redormiebat statim.

18. [t]tiae die, cum sit critica, nihil tentavi quia nunc
totum opus naturae committendum censui, ne illius
conamen impedirem: Illa tamen tota die ut & noc-
te sequente urina fuit suppressa, cum tumore hy-
pogastrij ex repletione vesicae.

19 Itaque postquam incassum tentassemus multa de-
ventum fuit ad usum catheteris, Cum autem do-
loris impatiens esset accersiri jussimus Dm Tilsdom
chirurgum in vicinia degentem, qui visus fuit intru-
dere quidem catheterem in ipso vesicae fundo, sed
nihil urinae effluxit. Quare ad ventro hypogastrio
calide apposui magma decoctionis praescripti enema-
tis ex herbis emollientibus, beccabunga & nastur-
tio aquatico sine ullo tamen emolumento. comato-
sus est & expergefactus de aqua se somniasse as-
seruit inter alia quae confuse proferebat. Nunc
mentis compos est, sed a somno qui jam plerumque
comatosus est, delirat. Laboriose hanc noctem to-
tam trivit delirio & multiloquio

20 Nunc stillicidio urinam excludit guttatim. &
venter seu potius hypogastrium jam intumescit,
singultus periculosus eum ter molestavit hac nocte
circa auroram continuato stillicidio excrevit urinae
copiam, Ad incidendum phlegma viscidum impositum
fuit magma ex capis & parietaria incoctis in aceto

melle hypogastrio tota nocte praecedente & sequenti aurora. Circa 7. vespertinam dormivit ad horas plus minus duas, postea delirauit usque ad 3. matutinam. dormivit denuo deinde mentis compos fuit factus.

Ad vesperam dormivit denuo experrectus vero 21.
deliravat, in aurora post somnum refocillatus erat. Stillicidium urinae in[illegible] rite confirmatur. & hodie reservatam [illegible] collectam censuimus excedere lib. [illegible] Dysuria tamen [illegible] & ventris tumor non remittitur. [illegible] quoque hic eum vexavit hac die. Circa 8 vespertinam apposui hypogastrio placentam non coctam sed maioratam ex farina tritici aceto & melle ad maturandas faeces crassiores multum viam vesicae obstruentes: sed altiores erant caduca quam quae ejusmodi medijs eradicari possint meo judicio. Hora somni denuo eximui 31. Confeci aitiem ad refocillandos spiritus. Dormivit inde ad horas 3 plus minus & inde experrectus delirauit vehementius; hypogastrij tumor non remittitur.
Advocatus Dnus Franciscus Pauli venit circa 22.

tertiam matutinam, & tunc communi consilio exhibuimus aegro medicamentum leniter dejectoriu ad ulteriorem derivationem, sed exiguo cum emolumento; praeter enim exiguam operationem desilirio totum fere transegit diem, cum summa intensione hypogastrij; ideo communi consilio denuo accersitus fuit Dnus [illegible] chirurgus ut catetere onus quod gravat vesicam extraheretur. Verum dissuadente aegro nostro, ab operatione proposita abstinuimus, eamque in crastinum distulimus. Inuncto itaque hypogastrio linimento ex succis nasturtij aquat. parietaria & oleo cum axungia suilla: & exhibito haustulo posceti acuato pauxillo syrupo limonum commisimus cum quieti, noctem tamen transegit inquiete.

23 Pulsus in aurora erat debilior, delirabat continuo, lucida intervalla [illegible] applicato cathetere praesentibus Dno Smith & me ipso à chirurgo nihil nisi aliquantulum pituitae viscidae cum pauxillo sanguinis trombosi effluxit. & tunc debilitatus ita erat ut in syncopen incideret: Ideo igitur in lecto

repositus mutus decumbebat ad horam semis & tunc denuo delirabat. Omnia pessum ibant. delirabat sine intermissione, vox submissior, oculi inversi, sudor resolutivus, pulsus languidus vitæ extremum periodum iminere præsagiebant, & sic tandem circa octavam vespertinam obijt 24 Sept. 1630.

VII. Therapeia instituta in statu Nobilissimæ Dnæ [illegible] febre maligna correptæ 21 Octobr: Anno 1625.

Vocatus fui ad Dnam [illegible] 21 octobris circa 8. matutinam atque tunc exploratis symptomatibus reperi eam correptam febre intermittente veluti quotidiana, paroxysmos enim habuerat singulis diebus recurrentibus circa 8. matutinam & non remittentibus ante 2 aut 3. matutinam diei sequentis. Stomachus non appetit imo nauseat ad oblata, & singulis diebus spontaneis vomitionibus eundem evacuavit à quatuor diebus, saburram tamen omnem nondum deposuit, quippe nauseabunda adhuc ægra. Alvus ægræ stat fuit lubrica

quippe quæ bis hodie dejecit lubrica & af-
ferunt biliosa: Dolet quam maxime caput,
atque hunc dolorem leniri summopere expetit:
Interim pharmaca veretur, præ timore vari:
olarum, quibus eam non laboraturam variæ
me ut credam inducunt rationes. Et cum in
principio movendum sit, & jam quintus aga-
tur ab invasione dies, urina crudâ, pulsu æ-
quo velocior, paroxysmus præsens. hæc omnia
pharmacum, ratione materiæ morbificæ in pri-
mis vijs scatentis summe necessarium, quo mi-
nus exhibuerim impedierunt: Crastina die mo-
bi sexta lubenter ægræ darem medicamentum
aliquod benedictum quod vocant seu lenitivum
ut ita natura à portione humorum noxiorum
liberata, valeat eò melius crysin molitum &
perficere septima.

Morbi. Interim tamen hodie exhibui ægræ dosin
pulveris nri ἀλεξικάκου, & unguento cum ca-
lore, capitis dolore summo ante paroxysmi ini-
tum, pipionem vivum dissectum plantis pe-
dum alligavimus circa secundam pomeridianam

Hora quarta pomeridiana exhibui jusculum cum pulvere deopilante meseraum & putredini resistente: Circa 9 vespertinam exhibui illi denuo pulveris nri alexicaci dosin cum tribq cochlearibus julapij cardiaci: Dormivit inde quiete usqz ad 12. tunc expergefacta satis bene visa est habere: post horam unam aut alteram dormivit denuo, sed cum expergisceretur conquesta fuit se valde male habere. Circa septimam visitavi ægram, lingua erat fuligine operta, pulsus magis attidebat: Circa 8. horripilatio eam invasit, Exhibui itaqz illi denuo dosin, abluto ore, pulveris nostri alexicaki in julapio cardiaco. Bis sponte dejecerat ante 7. matutinam, prima vice scybala, secunda autem liquida & biliosa. Post sumptum medicamentum cardiacum dormivit ad horam unam & bene expergefacta fuit; Circa decimam dedi jusculum cum pulvere deopilante meseraum. Circa primam pomeridianam cœpit haustum cerevisiæ cou. atqz dormivit somni valde placide anhelitu valde libero. Hactenus omnia in melius: Verum experrecta

6.

cœpit conqueri de dolore ventriculi & capitis
& pejus visa est habere quam antehac. Cum
autem de summo conqueretur capitis dolore,
applicuimus nuchæ vitellum ovi ad duritiem tost:
tum cum seminibus cumini confusis circa 6 ves:
pertinam. eademque hora cum sitiret exhibui:
mus haustum cerevisiæ communis tepidum; Inde
capitis dolor aliquantulum remissior declinavit.
7. Statim post septimam venit nuntius a Dno
Doctore Bothnæo instructus literis & syrupo
byzantino, cujus exhibuimus cochl. i. secundum
præscriptionem D. Doct: in haustu posceti te:
pidi, hora 11 repetitus fuit idem haustus:
circa 12 dormivit ad horam unam & inde
experrecta noctis reliquum duxit insomne,
conquesta fuit multum, circa 2 matutinam
tertium cochlear syrupi byzantini cœpit in
haustu posceti; Ab eo tempore ante 7 matu:
tinam vis deposuit alvum . i.
8. Hora 7 exhibui aquæ dosin julapii cum car:
diaci, inde dormivit spacio 4 horarum, evi:
gilavit bene, cœpit jusculum, dormivit de:

suo ad horam unam. evigilavit probe. circa
quartam pomeridianam alvum denuo dejecit,
tota hac die visa est melius habere. Etsi
hac die quae ratione ordinis critica est nulla
sese manifesta obtulerit crisis, nisi dejectio-
nes criticas putemus. tamen cum valde al-
leviata fuerit speramus meliora, quod insen-
sibili transpiratione partem materiae morbi-
ficae tenuiorem exclusam opinemur: cum vero
propter dejectionum frequentiam non potue-
rint reservare lotium nec constet nobis sa-
tis quam natura valeat morbi aut perfi-
cere concoctionem nisce non tantopere fidimus
atque cum levamina quae praeter rationem
accidunt iis non est fidendum teste Hipp.
Cum haec scripsissem circa 6 vespertinam coe-
pit paulo pejus habere & conqueri de gravi-
dine stomachi & capitis dolore multo tamen
remissiore quam fuerat diebus praecedentibus.
Circa 9. vespertinam exhibuimus aegrae haus-
tum jusculi, post 8 haustum cerevisiae

tepidum. Post q apparuere exanthemata ma-
culis rubeis, pulicum morsibus simillima, in
utraque manuum externa & convexa superficie
satis numerosa & frequentia: Et cum appar-
uerint hac die 7. & critica ideo salutis expec-
tatae praenuntia speramus. Ante decimam exhi-
bui denuo aegrae nrae dosin julapii nri cardia-
ci dormivit placide. & melius se dormire po-
tuisse affirmabat in aurora nisi anxia nimis
fuisset metu morbillorum, quorum exordia puta-
bat maculas istas rubeas ex sanguinis fervore
ortas.

9 Circa 5 matutinam dejecit liquida biliosa &
grumis quasi referta inde jusculum sorbsit.
dormivit denuo sed plus solito cum expergisce-
retur conquesta fuit de tussicula quae eam
coeperat quinta morbi die. Maculae vero so-
lummodo vestigia sua reliquerant, nec amplius
ita rubicundae spectabantur: Pristino tamen
rubore denuo prodierunt circa primam pome-
ridianam. Ab illo tempore vigilavit usque
ad 8 vespertinam, & cum tunc somnolenta
esset inito consilio cum Dno Svarson exhibui-
mus aegrae dosin julapii cardiaci, inde dormivit

placide admodum usq; ad duodecimam, tunc
evigilavit probe, cœpit haustum poscere, dormi
vit denuo usq; ad secundam qua experrecta
bibit, dormivit usq; ad quintam. sumpsit hau
stum dormivit usq; ad octavam.
Pulsus tum temporis æquo velocior & solum 10
copiâ materiæ morbificæ crassum & confusum.
Assistentibus dixit se mirari quod in tanta im
becillitate tam bene videatur habere. A nona
dormivit denuo usq; ad 12, inde experrecta
vigilavit usq; ad 5 pomeridianam. dormivit
denuo usq; ad 7. Tum temporis venit D. Doctor
Botnæus. calor per totum corpus erat admo:
dum intensus. Inito consilio cum Dno Watso
exhibueramus ægræ ante D. D. Botnæi ad:
ventum enema unde semel tantum dejecerat,
grumosa multa. Circa 8 vespertinam exhi:
buimus ægræ ex communi consensu julapij uni
cardiaci dosin, dormivit probe, qualet experre:
cta sumpto haustulo dormivit denuo: Pulsus
videbatur paulo remissior nec inæqualis, Tunc
consultavimus una cum D. D. Botnæo & Domi:
Watson & præscripsimus eadem.

11 Dormivit ægra a 9 matutina usque ad 12. Calor æstuabat circa secundam pomeridianam, atque tunc temporis exhibuimus ægræ haustulum julapij cardiaci. dormivit denuo ad horam unam, experrecta ante 4 dejecit grumosa ex flavo rubescentia. Post 4 cœpit jusculum & tunc dixit se frigidiusculam esse & ad tactum talis a nobis percipiebatur. Circa 5am vespertinam abluimus os ægræ & tunc valde faceta erat, & multum recreata, urina remissior sed crassiuscula adhuc. Circa 8 cœpit jusculum & abluto ore quia multum dormierat tota die hac nocte totum opus naturæ commissum est. Verum minus solito. & dormivit, & circa 8 matutinam sumpsit jusculum tunc dormivit meliuscule ad horam unam. Evigilavit, dormivit denuo. Circa 12 cœpit jusculum in quo dissolutum erat parum Electuarij cardiaci & syrupi limonum.

12. Dormivit ad quartam hac die visa fuit libera à paroxysmo. Post quartam abluimus os, debilis quidem erat pulsus nihilominus valde laudabilis, urina confusa adhuc sed remissior & quæ coctionem pollicebatur. Hora 8

vespertina urina conspiciebatur cum incepta
concoctione, pulsus satis laudabilis, sed fa-
cultates animales erant valde consternatæ,
ideoq; abluto ore ægræ exhibuimus statim
dosin julapij cardiaci & aquæ theriacalis.
Circa 9 dejecit humores viscidos ex flavo ru-
bros: ab eo tempore dormivit usq; ad se-
cundam, qua experrecta bibit haustum pos-
seti, facultates animales paululum afflictæ
erant, sed statim rursus dormivit valde qui
ete & anhelitu ubero usq; ad 8 matuti-
nam & tunc urina conspiciebatur multo re-
missior cum insignibq notis concoctionis.
Hodie sumpsit jusculum cum cochleare gela- 13.
tinæ Cornu Cervini; dormivit denuo, circa 2
pomeridianam latium satis remissi coloris &
cum eneoremate conspiciebatur; abluto prius
ore dedimus ægræ modicum gelatinæ Cornu
Cervi per se; Circa vesperam abluto ore
consternata erat, pulsus tamen laudabilis, ideo
dedimus ægræ haustum jusculi. Hora 9
vespertina dedimus ægræ ~~[illegible]~~

lapidis bezoart: g. 5. cum julapio nro cor-
diaco & aqua theriacali; Dormivit inquiete
ad horas duas, evigilavit, bibit, dormivit
denuo usqz ad 5. matutinam velle & quiete
experrecta quædam confuse loquuta, dormivit.
denuo usqz ad 9. sumpta gelatina dormivit.

14 Dejecit circa 10 mediocriter concocta cum
multa urina, urinæ imitabant dejecta, & in
pauca erant quantitate, dormivit fere totâ hac
die, sæpe tamen experrecta abluto ore & sump-
to jusculo vel haustu cerevisiæ denuo dormivit.
Urinam reddidit satis laudabilem circa 4. pome-
ridianam & colore, & substantia & contentis.
cæpit jusculum dormivit, pulsus debilis &
paulo pejor circa 7. vespertinam; cepit paulu-
lum gelatinæ circa 8. post haustum cerevisiæ
abluto ore; Ante nonam minxit denuo, tum
sumpto pulvere bezoartico in julapio cardiaco
dormivit denuo; minxit hora 11 lotium sine
separatione; dormivit denuo; minxit hora
2. laudabilem urinam nullo vitio, meo judi-
cio reprehensibilem nisi quod sedimentum erat
inæquale. Dormivit denuo.

Minxit circa 8 spiceam urinam sine sedimine 15.
sed tunc temporis cum viderem faciem quasi
rore madentem exhibui ægræ g. iiii bezoar
in juiapio cardiaco ut conamen naturæ promove=
rem; Inde dormivit admodum quiete ad horas
tres & ultra; Expergefactæ abluii os & exhibui
haustum jusculi cum cochleari gelatinæ C.C.
Hora prima pomeridiana urina denuo conspi=
ciebatur laudabilis colore & substantia, sed
cujus sedimentum erat inæqualius. Dormivit
usque ad 4. inde abluimus os ægræ & pro=
pinavimus gelatinam C.C. per se ante haus=
tum cerevisiæ. Reddidit urinam denuo cir=
ca 8 vespertinam satis laudabilem; Incepit
sudare 9 & per totum corpus sudor mana=
vit exceptis cruribus usque ad undecimam,
inde vigilavit usque ad 4 à qua dormivit 16
usque ad nonam, Inde expergefacta valde fuit
-xeta usque ad vesperam. Et cum duplicato
suspirio aliquando duceret anhelitum, ut na=
seremus rationem istius oppressionis, inunxi=
mus thoracem, exhibuimus ægræ decoctionem

pectoralem & apposuimus dosin julapij nri cardiaci exhibendam illi si forte insomnis esset. Dormivit per intervalla exhibito julapio, & quotiescunque expergisceretur toties conquerebatur se male habere, imo & pedes frigebant ad tempus: Pulsus tamen & urina laudabiles.

17. Nihil itaque exhibuimus aegrae praeter jusculum circa 8 matutinam, inde dormivit usque ad 12; inpervecta coepit jusculum medicatum cum ℥j. mannae calabrae, paulo post coepit conqueri de capitis dolore, qui subito evanuit. Dejectiones quatuor excepit sudor morbum solvens, ac proinde solidioribus cibis coepit cibari & sic pristinam sensim recuperavit valetudinem.

Julapium cardiacum cujus in hoc discursu toties fecimus mentionem tale erat

℞ Aquae Angelicae, petasitidis ā ℥iiß. Ulmariae, cardui, Scabiosae ā ℥ß. Syrupi papaveris erratici, aibi ā ℥j. Extracti nri hypnotici ℈ß. M. & fiat julapium.

VIII. Status Dnæ Selbin quæ se uterum gestasse spacio 23 septimanarum perperam putabat enaratus 14 Novemb: 1626.

Domina hæc coloris viridi annorum circiter 30 putavit se gravidam jam à septimanis 23 sentiens in utero habentium instar illi tumere percepit a 14 Junij quo se concepisse putabat; verum ante septimanam unam aut alteram cœpit ægrotare, stomachus cibi parum appetens βραδυπεψία & ἀνορεξία correptus ad oblata nauseabat, cardialgia cum difficili respiratione lypothymiam minabatur; Interim consulor & oblato medicamento cardiaco meliusculè habuit; Symptomata tamen priora valentius recrudueêre, tunc accersitus veni, ægramq; non esse gravidam hisce inductus rationibus indixi. 1 Menses cœpere apparere ante duas septimanas. 2. Mammæ flaccescunt. 3 Quando decumbit supine totum illud quod hypogastrio inest spargitur undiquaq; in [...]

pultis vel aquæ. 4 Toto hoc 23 septimanarum spatio Embryonis nullum sensit motum; 5 Ac itemque magnum habet lienem ut cum Hipp: loquar, non quidem scirrhosum sed tumidum tamen; Convexa v. superficies hepatis sub diaphragmate versus cartilaginem mucronatam percipitur renitens scirrhoides; Ita ut mihi hic videatur potius tumor hydropicus quam impregnationis.

Prius itaque repurgatis primo intestinis, ac deinde meseræo aliisque partibus adjacentibus, imperavi ut singulis auroris caperet pilulam unam alterantem & purgantem cum moderato exercitio & quarta pomeridiana deglutiret quantitatem avellanæ electuarii nostri illorum, ac sic Deo favente & benedicente hisce pharmacis ante quinque septimanas pristinæ restituta fuit incolumitati.

IX. Status Dnæ Kyrle
3. Januarii 1625

Ægra hæc annorum circiter 24 constitutione corporis pituitoso rarisque texturæ incidit in paroxysmum hystericum, sed leviorem circa

solstitium brumale; Manus enim, pedes, &
vertex capitis circa suturam coronalem frige:
bant dum aura quaedam a partibus infe:
rioribus orta peteret caput & pulmones, un:
de anxietas cum crebra anhelatione protra:
hebatur donec spontaneae lacrymae & pitui:
tae tenuioris per nares effluvium paroxysmum
solverent. Ab eo tempore ijdem accessus ea
frequentius adoriuntur cum eximijs dolo:
ribus renum sed praecipue dextri, non sine
continuo dolore gravativo in hepate sub:
hypochondrio dextro, et formicatione ut ita
loquar lateris dextri; ita ut aegra periculum
paralysis pertimet; at. Quo de nova statu
censeam sic paucis perstringo.
Affectus est uteri suffocatio quae ortum
duxit primis ab obstructionibus mesaraei.
ab aliquot annis enim sub cartilagine mu:
cronata ad latitudinem palmae dolorem per:
cepit gravativum; qui augebatur quandoque cum
ipsa conabatur extendere corpus erecto situ.

Hæ obstructiones jam hepar traxerunt in cō: sensum, & tunc illius visceris dolor: Cum autē vix credibile sit hepar obstructum posse com: municare cuivis parti inculpatum alimentum absq hæmatosi, facile conjecturatu erit cur ute: rus cujus vasa & acetabula semper turgent sanguine hic præternaturaliter afficiatur, præ: sertim in ægra cui periodicæ evacuationes & in ultimo puerperio & alias fuerunt æquo parciores. A materia autem cuniculos agente & in vasorum anfractus stagnante exhalati: ones putridæ cor & caput afficiunt, prout vel spirituosam cordis vel cerebri substan: tiam inquinant. Renes quoqe habent diathe sin calculosam ut patet ex summo lumbor dolore & arena fundum matulæ petente un: de forte crurum & lateris dextri torpor: nisi ams nos malit attribuere vitio sangui: nis cujus viscidior portio decumbit ad nervos & musculos, ac sic impedit quo minus spūs animales possint irradiare nervos, hæc enim unica dysarthritis causa est. Quicquid sit

quod præterea occurrit in implicati. hisce mor
bis ægræ bene consultum fore spei. Si prius
ratione causæ antecedentis meseraicum deob-
struatur post præmissas evacuationes uni-
versales, ac deinde specificis medicamentis
affectus hystericus debelletur non neglectâ
interim curâ renum. sed hæc omnia dexte-
ritatis requirunt ut medicus præsens conve-
nienter hoc agat.

Pro Dna Kyrle 25°
februarij 1625

Præmissâ purgatione eccoprotica aliquoties
intermixtis præparationibus per Epicrasin cum
syrupis simplicibus, aperiatur basylica & consi-
deretur sanguinis qualitas & substantia, ac
appropinquantibus menstruis aperiatur saphena
Inde purgetur & de novo præparentur hu-
mores cum magis aperientibus ac addantur
cephalica, hepatica & hysterica prout opus
fuerit: Hic denique perveniatur ad chalybe
ata primo in infusione ℥ij ad lib. iij vini
absynthitis admiscendo flores cephalicas &

deopilantia; Deinde detur in substantia ʒi. g. viij vel x. cum tribus granis plus vel minus pilularum de hiera cum agarico, superbibat decoctum aliquod pro rei exigentia appropriatum; Exercitium sit ad ruborem autem maiamo. Semant in usum linimenta mitiora, & perseveret in usu decocti cum chalybeatis ad minimum xx. dies & ad xxx si opus sit. Inuratur fonticulus post purgationem & sanguinis missionem sub genu dextrum ad divisionem musculi si velit admittere. Et sic reliquum committatur naturæ ad tempus.

X Consilium super statu Dnæ Stephans 9 April: 1625. Asthmate laborantis.

Examinatis quantum in me fuit symptomatibus, morboque ipso, quo detinetur Dna Stephans annorum circiter triginta quinque, quicquid conjecturâ assequi potui de statu valetudinariæ sic paucis perstringo.

Morbus est asthma, actio læsa respiratio.

Antecedentem huius morbi causam statuo intem-

periem

periem hepatis calidiorem æquo, qua sanguinem generat copiosiorem, quam natura valeat bene distribuere in nutritione corporis; & frigida ventriculi, qua stomachus mesaræo & hepati suppeditat materiam pro chylosi & hæmatosi non absolute præparatam. Inde vapores ex materia illa indigesta ab æstuante hepate suscitantur acriores, caputq; dum petierunt frigiditate cerebri repercutiuntur, & seri acris naturam induunt: Pulmones autem cum debiles fuerint ab aliquot annis sarcinam à cerebro depositam recipere coacti fuerunt jam ab annis quinq; hinc successu temporis debilitatis pulmonum bronchijs affectum quem patiebantur in principio solum per consensum, jam habent primarium. Paroxysmi asthmatici recurrentes quidem sed incertis periodis, duobusq; declinationis tempore tum medico assistenti tum ægro, eam solito sæpius & violentius affluxerunt hac hyeme præterita præsertim in ultimo paroxysmo non sine summo suffocationis periculo.

Plurima tentaveramus æstate præterita quamvis sine expectato levamine, donec accessus cessaret, qui plerumque vomitu spontaneo terminabatur, & ex naribus mucosæ serosæque pituitæ profuso fluore: Ut enim caesiccitas paroxysmum imminere, sic humiditas post vomitum spontaneum ejusdem solutionẽ certò præsagiebat. Hinc ego colligo paroxysmum ingruere partim vitio pulmonum non probè succum alimentarium concoquentium; partim vero ratione capitis ut supra notavimus, eò mittentis saburram ipsa bronchia pulmonum obstruentem: tum quod cum natura aliò mucosam istam pituitã protrudit melius habeat, tum etiam quod extra paroxysmum æquo crebrius ducit anhelitus sine ulla tamen febre.

Visa fuit ut sibi consuleret consilio variorum medicorum incidentibus & detergentibus, post præmissam generalem evacuationem, tum phlebotomia, tum medicamentis catharticis peractam. Potionibus quoque diæteticis desiccantibus materiam morbificam era:

dicare tentavit; ac deniq; Emplastro Epi
spastico suturae coronali applicato abra:
sis capillis rheumatis destillationem im:
pedire conata est. Toto hoc temporis cur:
riculo aliquando bene aliquando male nave:
bat. Menses interim pro more satis copio
se fluebant & statis temporibus; Sed
tandem circa Nativitatis festum eorundem
inexpectata suppressio aegrae conceptionis
spem injecit; tunc itaq; abstinuit a me:
dicamentis ne foetui obesset. Nausea se
augebat; Et cum se certo gravidam cre:
didisset ad septimanas plus minus 10,
menses praeter expectationem & solito di:
utius coeperunt fluere; Et tunc tempo:
ris paroxysmus eam corripuit gravissi:
mus. De quo cum conquereretur, ego
eam non esse gravidam aut foetum ad:
modum esse debilem credebam: Nauseam
autem dubium ~~[illegible]~~ admodum impraegna:
tionis signum ajebam, cum & puellae febre
alba laborantes & cachectici haud raro

malacia corripiantur. Restat igitur ut
ægræ consulem ne in re tam incipiti ulla
remedia respuat quibus sibi consulere pos-
sit.

XI. Consilium datum Dno Thimbel in fine July 1523.

Cum negotia urgentia ex suscepta provin-
cia, amicissime Dne, me hinc avocent ita
ut tibi præsens si opus sit opitulari non pos-
sim: ideo non abs re futurum censui statu
tuum qualem existimem brevibus perstringere,
& quomodo malum alias ruinam minanti si
negligeretur, convenientibusq occurendum sit reme-
dys compendio e delineare.
Ex symptomatibusq pathognomonicis quaiia fuere
maculæ in utroqz crure quamvis leviores
nonnunquam cum prurigine, sæpe sine ea &
gingivarum, ligamentorumqz dentium quibus suis
alveolis coercentur erosio, cuivis mediocriter
in re medica versato scorbuticum esse affec-
tum qui te angit manifeste patet. Scorbu
tum autem motum esse ex vitio splenis ali-
quando obstructi, aliquando intemperati vel,
ex hoc colligitur, quod omnes qui hoc affectu

corripiuntur in hoc conveniunt quod lienem affectum habeant. Differant autem secundum magis & minus. Nam quibusdam ex primaria affectione lienis oritur, alijs vero praecedentibus intemperie hepatis & obstructionibus in vijs angustioribus interjacentibus inter venam portam & ipsum lienis parenchyma. nec non ex obstinatu materiâ viscidâ venis mejeraicis. Ut ut autem sit priusquam quis incidat in hunc affectum lienem à suo munere obeundo impeditum prius necesse esse statuo; Huius enim officium est sanguinem seu potius chylum crassiorem à tota alimentarij massa separare & sibi assimilare. Cum vero ab hoc officio impeditur vel obstructionibus, vel intemperie, vel scirrho vel alijs modis, tunc faeces istae per totum corpus sanguini admixtae eum corrumpunt & peculiari ac crassiori faeculentia cruia, evaporante vero acredine gingivas contaminant. His praemissis malum curabile esse assero, modo velis, quemadmodum hactenus lubens fecisti, novis obtemperare, alias enim timor esset, ne ex hoc incipiente & levi morbo in affectum

aliis morbis implicatum non sine periculo in:
cideres. Cavendum itaque tibi est ab iis quae
obstructiones augere valent qualia sunt cibi cras:
si difficilis concoctionis copiosiores ingesti, quam
natura queat bene superare, Venus statim à
cibo &c. Utendum vero illis quae materiam pos:
sint morbificam attenuare cum crassa, & incidere
cum viscida sit. Ad hoc conferunt exercitium
quo calor naturalis excitatus rem validius aggre
ditur & felicius peragit. Diaeta sit conveniens,
talis est quae nec qualitate nec quantitate peccet
Alvus sit lubrica. Somnus diurnus praesertim
statim à cibo sumpto fugiendus, quod tunc na:
tura calore revocato ad partes inferiores con:
coctionem praecipitanter nimis peragat, unde
humoris excrementitii uberior aequo plerumque
copia. Pro specifico utere hoc vel simili posceto.
℞ Lactis lib. iij vini albi lib. ß. aloe lib. j
fiat poscetum despumetur coagulum; deinde
adde cochleariae M. ij Beccabungae. Nasturtii
aquatici ana M. j Raphani sylvestris in taleolas
dissecti ℥ij ß. Corticum solani lignosi ℥ß.
Bulliant levissimo igne & operto vase. Deinde co

lentur Colaturæ adde syrupi limonum q. s. ad gratum saporem inducendum. Huius sume haustū singulis auroris donec dies caniculares præterierint. Deinde si opus fuerit quotidie repete bis. Gingivarum curam relinquo Dnō Wright chirurgo tuo qui sufficienti instructus ratione & arte omnibusq istis malis & gravioribus quantum natura permittit novit occurrere. Hæc sunt quæ in præsentiarum facienda sentit. S. Dave.

XII. Consilium datum Dnæ Philippæ Wintour 27. Maji. 1625.

Puella annorum circiter 20 eundem visa fuit incurrere morbum quo obijt soror ejus ante triennium; Paulò postquam illa pie & placate obdormiisse in Christo, affectus qui ægram invasit est totius abdominis ab inguine utroq; ad cartilaginem mucronatam tumor præternaturalis, non scirrhoides, non phlegmonoides, non œdematodes, sed flatulentus, flaccescens quidem aliquando sed in totum non remittens, Variorum fuit usa medicorum consilio, cursus varios therapeuticos methodice iis diligentibus

absolvit, sed cum exiguo vel nullo emolumento. Postquam operâ D. Stobbai & Higginsij multa tentasset incassum, tandem in consilium vocavit Dm̄ Smith, & ille nihil omisit eorum quæ ægræ profutura censuit. Elapso anno post varia exantlata conamina totum opus commisit naturæ: unde tandem incidit in paroxysmos hystericos in principio quidem leviores, sed successu temporis graviores & frequentiores. Hic notandum venit quod soror ejus piæ memoriæ postquam abdomen habuisset summè inflatum tandem similibus diversa paroxysmis temporis successu ingrave cen: tibus in paroxysmo fatis concessit. Hæc interim ægra menses habet certa & debita periodo recurrentes quamvis æquo pauciores & colore non admodum laudabiles; faciei color floridus non pallidus seu ex flavo lividus cachecticis & leucophlegmaticis familiaris. Stomachus cibum semel tantum appetit circa prandium scilicet spacio 24 horarum & tunc solummodo edit. à cœna abstinet, dor-

mit fere totâ nocte, subito expergefacta con
queritur se male habere, & tunc paroxys:
mus eam aliquando oritur: Symptomata in
accessu haec se produnt: delinquit animus,
functiones animales principes aliquando viden:
tur prorsus abolitae, nonnunquam depravatae
mens non constat, respiratio crebra & inter:
dum ita imbecilla ut videatur minari suffoca:
tionis periculum, extremitates puta manus &
pedes frigent, aegra ridet, flet, mussitat, ra:
ro articulata loquitur: uterus seu potius fla:
tus ad utero percipitur assurgere versus di:
aphragma. Motus convulsivos habet exigu
os, & sic in momento ad se redit sine spuma
ad os. Postquam paroxysmus detinuit aegrā
ad horae quadrantem plus minus: habuit
tamen unum paroxysmum durantem ad ho:
ram unam. Memoria praeteritorum per:
territi parentes omnem lapidem movent
ut saluti filiae sic affectae prospiciant.
Quare & ego tandem accersor; Examina

tis autem omnibus jam enarratis & conside-
randis symptomatis. Rem ancipitem plenamque
periculi indicavi, adeoque medicorum eruditio-
ne & experientia clarorum consilio in-
mihi opus esse ingenue fassus sum, quorum
judicio meam submitto sententiam quam pau-
cis hic perstringo.

Tumorem totius abdominis tympanitidem
puto, paroxysmos hystericos: causam pro-
catarcticam passiones animi quibus indulge-
bat dum soror aegrotaret quam unice de-
peribat. Continentem obstructiones venarum
mesaraicarum, hepatis & lienis, quemadmodum
ex signis pathognomonicis patet, quae silentio
brevitatis ergo praetereo. Hic ut aegrae ope
ferrem primam regionem conatus fui evacua-
re medicamento eccoprotico, sed sine ullo ex-
pectato successu, ideo circa vesperam inji-
ci mandavi enema unde [illegible] semel tantum
dejecit liquida sine scybalis.

Sequenti die validioribus pharmacis pur-

carum forma administratis tentavi saburram
in pilore & intestinis stagnantem removere
sed sine ullo emolumento: Quare ad vespe
ram injecto enemate paulo acriore copio
se alvus se exoneravit; Jam constitui
specificis medicamentis removere obstructio:
nes & reserare meatus, & alterantibus prae
maxis corrigendo partium naturalium intempe:
riem refocillare calorem naturalem ut ita
natura recollectis viribus valeat abiegare
materiam morbificam per emunctoria maxime
huic operi conducentia. Sed cum revellem na:
beamus affectum idee minoratandam censeo
opem virorum de re medica bene meritorum
quam dum expecto ulterius quae sunt artis
& rationis exequi tentabo. Da veniam quaeso
naevis lector amice, si qui forte occurrant
tam festinanti enim calamo haec exaravi
ut vix otium mihi superfuit haec relegendi,
nedum à lituris repurgandi.
Instituta proposita therapeia multo melius
habuit quamvis in totum restituta non fuerit.

XIII. Status Nobilissimæ Dnæ Cooke delineatus 12 Aprilis 1630.

Nobilis hæc matrona annorum plus minus triginta circa sextum graviditatis mensem incidit in febrem continuam putridam, quæ post trium septimanarum spatium mutata fuit in quartanam intermittentem certisq; periodis recurrentem. Cum vero medicis assistentibus non concederetur tunc temporis curationem moliri, post moderatam sanguinis missionem ex basylica dextra ad sedandum caloris febrilis excessum, totum opus committere naturæ, hac spe freti quod lochijs a puerperio prove fluentib; una cum ijs materiæ morbificæ tanta fieret exclusio, propter consensum quem vena uteri & hypogastrij habent, cum mesaræo lieue, vena porta, & pancreate, ut morbi omnimoda fieret eradicatio. Verum intemperies lienis viscerumq; vicinorum, in quibus hæc melancholici humoris quartanam causantis fit col:

.ectio inde parum aut nihil alterata fuit,
Lochia enim fluxere copiose & jam absolu-
to mense moderate quidem adhuc apparent,
sed nondum in totum constitere. Unde colli-
go incitationem illam ratione minorationis ma-
teriae morbificae aegrae quidem profuisse, sed mi-
norem statuo tanto oneri omnimodo deponendo,
quod intemperies frigida sicca hiemis, eiusdemque
segnities in depurgando cruore, faverint tartareque
in mesereo collectae ansam praebeant. Jam autem
res eo devenit ut aegra nunc patiatur certis
periodis recurrentes paroxysmos nos febriles
statutis temporibus. Urina in paroxysmo
& tota minorationis die est tenuis cum sedi-
mento variori candidiores concoctionis notas
habens: Die vero paroxysmum praecedente
eumque subsequente fit majoris copiae succi
gravioris & melancholici, cum [illegible] excretio.
Pulsus semper ut huic affectui peculiaris rarus,
ad finem tamen paroxysmi debilis admodum est.
Tremor accessus adscribitur horae prius minus 10
initium sola infrigidatione, sine horrore, sine

summo extremarum partium frigore ad horam unam aut alteram conspicuum est. Augmentu calore sese extendente per universum corpus non pungente, sed naturalem paululum excedente sine molestâ siti apparet ad horas plus minus quinque: Hunc in vigore excipit sudor universalis, viscidus, copiosus, calidus ad horas circiter quatuor: Residuum paroxysmi tempus sudor moderatior in declinatione absolvit; verum cum tanto spirituum animalium, naturalium & vitalium dispendio ut aegra vix loqui possit, pulsus exiguus appareat, appetitusque dejectus sit: refocillata tamen aegra sequenti aurora percipitur. Quare in re tam arduâ salvâ aliorum opinione de omnibus bene sperandum censeo; viscera enim naturalia puto lienem & hepar ad tactum sunt mollia sine tumore & sine tristi sensatione; Habitus corporis non cachecticus: Urina non aquo saturatior sine colliquatione indicant neque hydropis.

neque scelotyrbes, neque uteri periculum ad manus esse; constitutio naturalis humidior sine tussi, nec tabem, nec hecticam pertimescendam esse suadent; Ac deniqz tempus remissionis excedens horas invasionis auctoritate Hippocratis & validissimis rationibus securitatem pollicentur, modo aegram habeamus obtemperantem & pharmaca convenientia secundum indicationes therapeuticas exhibeamus. Auctor itaque illi fui ut ad materiae praeparationem hauriret vel jusculum medicatum, vel apozematis dosin, incidendi, deopilandi & humectandi facultate praeditis die paroxysmum proxime sequente; Deinde eccoproticon aliquod caperet specificum secunda intermissionis die; Non neglecta interim convenienti diaeta ad sustentationem virium in morbo tam pertinaci diuturno: Diebus vero accessionis cessaret; Verum nescio quo timore perculsa pharmaciam respuit. Illud autem dandum est hoc morbo affectus cum timor & maeror

sunt huius ægritudinis symptomata insepa:
rabilia. His plura libenter adderem, sed
infinitis quibus jam intricor negotiis avocor.
Quare rogo Vir Excellentiss: & de te me:
dica optimè merite ut hisce tam subito
calore effusis æqui bonique consulas; Neque
ulterius erudire negaas; Vale. Deum ro:
go ut tua ope & auxilio instructa No:
bilissima hæc matrona inculpatæ restitu:
atur sanitati. Vale iterum.

XII. Consultatio super melancholia hypochondriaca D. N. N.

Ex relatis quid scrutari potuerim quidque agen:
dum censeam sic paucis perstringo.
Species huius flatulenti affectus facile causam
indicabit illi qui partium internarum naturam &
actionum perfectionem ad absolutam conferet, cum
earundem impedita functione; itaque ut quod res est
fateat. Flatus illos in hypochondrio sinistro o:
riginem ducentes atque ita sensim totum hypogastrium
cum murmure peragrantes a materia partim cru:
da partim corrupta in vasis spleneticis atque ipso
liene a:

liene a vena porta ad lienem contentâ, a
qua nec ipsæ venæ meseraicæ prorsus immu-
nes sunt, ortum ducere, fatuo; Materiæ cor-
ruptionem arguit situs fere continua: Crudi-
tatem conjunctio ex incommodis plerumque sub
concoctiones finem sese prodentibus, cujus-
causam omnem fere rejicio in imperfectam pri-
mam coctionem, quam natura quidem molitur
sed defectu caloris nativi ventriculi non absol-
vit; Materiæ autem hujus æstuans jecur
calore immodico portionem rapit ad se subti-
liorem, residuam crassam & viscidam relin-
quit nutritioni lienis visceris ignobilioris, ac
proinde crassiori alimento contenti. Hic na-
tura manca in superando debita digestione
hanc materiam, assimilando sibi ejus partem
convenientem & excludendo ejus fæces, totius
affectus fomes existit, dum continuâ fermen-
tatione fumi & vapores elevantur, qui exitum
quæritantes nec ullum invenientes, obstructio-
nibus iis viam præcidentibus, murmurationes &
borborigmos excitant.

Quicunque igitur curam hanc aggredi tentabit
ut optatam attingat metam, necesse erit meo
judicio primum ut calorem nativum lienis &
ventriculi roboret, ac sic coctiones laudabi-
les procuret: Secundo ut obstructiones idest
materiam puto flatuum tollantur & corri-
gantur. Hic demumque ut partes quae affligun-
tur à flatibus roborentur.

Ut autem hisce indicationibus satisfiat, tempore
propter remotam lienis membri principaliter af-
fecti sedem, & optima victus ratione opus erit.
Vitandi igitur omnes cibi crudi, difficilis concocti-
onis aut mali succi, ut pisces lacticinia, [illegible]
legumina, olera, acetosa, pinguia, anates an-
seres, suilla, bubula &c. Vescatur vitulina
ovina, gallinaccorum pullorum carne &c. Dein-
de unius vel similis pulveris dosin sumat
statim post cibum.

℞ Seminum anisi. foenic: dulcis ana ℥ß. cori-
andri praeparati, carvi ana ℨij Zinziberis ℈ß.
granorumque piperis n.^ro iiij Olei anisi ℈j.
Sacchari cand: albi ad pondus omnium con-
fundanturque. Dosis quantum pt excipi solido.

Secundæ intentioni satisfaciunt primo præpa:
rationes materiæ tartareæ ipsis vasis infarctæ:
Deinde evacuationes ejusdem, ac demum cor:
roborationes partium debiliorum, ac refocil:
lationes caloris naturalis: Quæ omnia fieri
debent specificis. Cum autem impossibile
sit factu quin error aliquis committatur
in tam difficili morbo, si quis longa recepta-
rum serie ejus curam tentaret sine αὐτοψίᾳ & vis:
cerum palpitatione ubicunque & quotiescunque opus
fuerit, ideo ab ejusmodi empiricis præscrip:
tionibus abstineo.

XV. Consilium datum Dnæ Bray
25° Maji 1625°.

Morbi quibus cum conflictatur Nobilissima D.
Bray sunt primum obstructiones hepatis ma:
nifestæ, non solum ex actione læsa nempe sangui:
ficatione depravata & attractione succi melan:
cholici in splene imminuta, sed etiam ex con:
tinuo fere dolore gravativo hypochondrium si:
nistrum occupante, aliisque symptomatis ejusmodi
viscerum obstructiones consequentibus, videlicet

inappetentia, hæmorrhoidibus non apertis, fluore utermo, capitis dolore, malo totius corporis habitu, faciei, cineritio colore, lassitudine totius corporis, frigiditate, & membrorum quasi imbecillitate. Deinde intemperies ventriculi frigida, & relatis à principio quidem calida, sed quæ jam vergit ad frigidam, partim ex naturali ægræ constitutione, partim ex diversis animi passionibus, quas subijt, præsertim ante aliquot annos cum obiret diem filiola quam deperiabat: Tunc enim opinor illam immoderatis luctibus & non sufficienti nutritione male jam ante dispositum ventriculum labefactasse, unde totius œconomiæ crasis sensim immutata fuit. Cum enim commissa errata in prima concoctione raro corrigantur in secunda, facile est conjicere quid causæ fuerit depravatæ sanguificationis. Siquidem qualis chylus offertur hepati talis & sanguis ab eodem perficitur. Si crudior ille non solum crudiorem producit sanguinem, sed & ipsa hepatis substantia illa oneratur cruditate, adeo ut ad frigiditatem

habitum minuere incipiat. sanguisq generetq frigidior corpori alendo nequaquam idoneus. Portionem vero crassiorem ad lienem ablegat limosam & tenacem. qua viscere hoc obstructo cum ramo splenico aliisq vasis circumjacentibus, jam hepar se ad istud emunctorium nequit amplius exonerare, sed cogitur dimittere sanguinem non rite repurgatum à suis fæcibus per venam cavam distribuendum. Praeterea & meatus choledochus obstructus est ut patet ex dejectionibus gryseis, & stipata alvo plerumq ad dies quatuor plus minus, nonnunquam etiam ad octo. Quorsum autem natura ejus excretionem tentet, summa loti acrimonia, & suspicio condylomatis circa sphincterem indigitat. Ex hisce colligo demonstratas obstructiones etiam hypogastrii tumoris tympanitici causas esse præter urinæ discrasiam.

In tam implicatis affectibus & tam feris symptomatibusq quæ atrophiam minantur, quis non videt omnem medici curam desere

esse in removenda causa intemperie scilicet viscerum, eorundemque obstructionibus, & corrigendis humoribus.
Prima itaque intentio curationis erit humor in primis vijs scatentibus eductio; Remotis his obstaculis secunda intentione visceribus naturali sua est concilianda temperies. Fiet autem id medicamentis tum aperientibus, tum corroborantibus ijs admixtis. Ac demumque pro tertia intentione cura erit habenda hæmorrhoidum dolorificarum, cæterorumque symptomatum. Hisce ritè peractis integrior expectanda valetudo.
Pro prima intentione cum ægra adhorreat ab omnibus haustis medicatis & copia ingestorum exhibebimus illi pharmacon dejectorium tale; ℞ Pilul: Extracti Rudij ℈j. Polychreston ℈ß. Spiritus anthos g. ij. M. f. pil: no. ij
Capiat in aurora duabus horis post capiat jusc:
Deinde cap: pilul: quæ ℞ Castor: cum convolvere nro remedio exceptis Extracto centaurij minoris & acuatis spiritu absynthij vil: forma quare capiat duas in aurora & totidem 4 horis post prandium.

solutis 4 viceduos quinta reiterentur pilu-
læ deiectoriæ.

Sexta die capiat denuo pilulas alterantes
deopilantes & corroborantes. Non neglectis
interim hirudinibus & linimentis specificis
certis temporibus applicandis ut & usu pul-
tarum dorsalium.

℞ Extracti Rudii, Splenet: ʒ ij extracti
rosati, pilularum maior cachect: ʒ iij. Syrup
amisi g. iiij M. fiat massa.

XVI. Consilium datum Dno Coxe 3. Maji 1525.

Diligenter consideranti constitutionem huius ægri
hæc occurrunt quæ præter naturam illi molestant.
Continuum & intensum frigus humeri utriusque &
suo recto dolor punctorius loco quamvis raro mo-
veatur, mutabilis tamen; & primorum viscerum
hepatis scilicet, venarumque meseraicarum & maxime lie-
nis obstructio. Hæ autem obstructiones quamvis
ab ipso ægro non percipiantur, medico tamen om-
nibus ingenii nervis quomodo removeri possint
prospiciendum, quippe cum causæ principalis totius
ataxiæ vicem gerant.

Quæ in hanc opinionem me rapiunt sic pau-
cis perstringo. Habitus totius corporis melancho-
licus est, gravitas & dolor hypochondrij visce-
ris ibi latentis intemperiem prodit: vapores qui
inde elevantur tenuiores frigiditate cerebri re-
percussi phlegmatis viscidioris naturam induunt
quod ad utriusque homoplatæ periostia de-
gatur: sed materia excrementitia magis ter-
rea & gravior decumbit ad nervos partium
inferiorum; hinc ista motus crurum tarditas &
spasmus vulgo crampa dictus, de quo ante-
hac fuit conquestus. Hæc autem omnia fieri
ab obstructis visceribusque naturalibus præsertim
liene, hepatis quasi emunctorio ratio evincit.
Dum enim splen obstructum est nec libera ei
sit via ad extirpandum excrementum propri-
um, fæces istæ regurgitant, & toti massæ san-
guineæ commixtæ impuro eam fermento isto
inbuunt, hinc vapores elevantur, qui spiritibus
tum iisque præcipue animalibus, tum vitalibus
non parum incommodi adferunt. Statuo itaque
nisi affectus hic continuo eradicetur periculum
esse ne insidias ægro struat. ac proinde consulo
ut utatur opera industrij medici assistentis D.

Dinenckeri a quo sibi optime semper consul-
tum fuisse ipse æger ingenue fatetur: Atq; eo
quoq; lubentius meam offero considerandam
opinionem prædicto medico, ut ita junctis viribus
hostem infestissimum conemur arcere, ne ægrum
vel in atrophiam incurabilem, vel in melan-
cholicam effrænatam, vel in scorbuticam passio-
nem, vel febrem quartanam, vel erraticam,
vel icterum morbum præcipitet.
Antequam quæ medicamenta ægro profutura pu-
tem describam paucis de diæta cujus maxima
est habenda cura agendum est. Nam quid
quæso emolumenti capere potest æger, etsi
medicus conetur tollere impedimenta, ut ita na-
tura valeat concoquere absolvere succum ali-
mentarium, & ab eo separata excrementa post
assimilationem excludere; si æger præpostе-
râ vel inordinatâ victus ratione plus sibimet
ipsi obsit, quemadmodum sæpe usu venit,
unicâ cibatione, quam medicus possit emenda-
re longiori tempore. Observandus itaq; est
ordo, modus, tempus, qualitas, quantitas in
cibo & potu, somno & vigiliâ motu & quiete
juxta præscriptiones D. Medici assistentis.

Therapeiam si libenter instituerem. Ordiri vellem à levioribus puta apozematibus magistralibus ex compositis decoctionibus cochleariæ marinæ, agrimoniæ, tamarisci, ceterach, capill: Ven: floribus borraginis, admixtis medicamentis purgantibus vel non purgantibus pro ratione virium & necessitate rei præsentis, quemadmodum id optime judicavit medicus assistens. Opiam cochleariæ & succi limonum præ cæteris in hoc casu laudarem, præcipuè si continuum ejus usum post universales purgationes non respueret æger. Commendarem quoque applicationem duarum hirudinum hæmorrhoidibus. ad emissionem sanguinis ℥ 6. plus minus; quod singulare remedium esse in omni melancholica dispositione ex Hipp: 6 aphor: 11. & 21 didicimus: & rationi consentaneum videtur huic ægro profuturam hanc venæ ventilationem. Nam hæmorrhoides omnes fere originem ducunt, & propago sunt venæ portæ & venarum meseraicarum. Huc accedit quod ex earum apertione nullum incommodum aut virium dissolutio consequi potest quemadmodum in aliis sanguinis emissionibus.

Utriusque numeri frigiditatem primo coercere

conarer frictionibus cum linteis calidioribus
& asperioribus; Deinde subjungerem inuncti:
ones ex oleis lumbricorum, vulpino, hirun:
dinum subacti cum adipe ursino vel simil.
Hoc enim modo sperarem refocillatum calorem
naturalem collectis viribus discussurum vitre
am portionem ad minimum extenuatam, aut
si mavis albugineam istam pituitam post
desitam extenuationem quae eo ducabitur.
Nucham quoque unguento ex rorismarini &
majoranae succo praeparato admixtis aliquot
guttis olei succini ungerem. Et vertici
vittam applicarem medicatam ad arcendam fri:
giditatem quae verticem aliquando percepit.
Sic demum suaderem si praescripta minus vide:
rentur efficacia ut aeger diaetam quam vocant
incrassatam observandam susciperet, cum lie:
nem & viscera naturalia deopilantibus medi:
camentis, non neglectis interim purgantib. &
corroborantib. pro status praesentis exigentia.
Faxit Deus ut haec & alia hisce adjungenda
aegro sint efficacia ut ita pristinam &
inculpatam valeat recuperare valetudinem.

XVII. Status Domini Bannister 8. Maji 1625.

Continuam reperio hecticam in hoc ægro ortam potius à vitiosis humoribus sparsis per totum corpus, quam vel ab ulcere pulmonum, vel à vena in iisdem rupta, ut aliis censuisse audio, vel à destillatione erodente. Pulmones interim affectos esse inficiari nolim, siquidem tussis illa qua tenetur eorundem discrasiam indigitat, quâ, ut puto, impediuntur quo minus humorem alimentarium ab hepate per venas eò delatum sibi possint rite assimilare. Mutato enim temperamento partis ejus actiones lædi & aliquando abolere cuivis medicinæ tyroni tam notum est ut probatione non indigeat. Inspectum jam pus reperi esse fæcum & purulentum. Vereor itaque ne si qua illius insit erosio pulmonibus totum illud accedat ex humoribus illis excrementitijs, ex humore alimentario depravato originem ducentibus. ut patebit ex his:

Primus est à quo de subito dolore punctorio in hypochondrio dextro conquestus est conti:

nuato dolore ad ossiduum; Interim æger ute-
batur topicis exterius administratis, neglectis
præcipua phlebotomia & internis medicamentis
quæ causam continentem affectus removerent.
Tunc temporis tussis sicca, & anhelitus diffi-
cultas vapores per mediastinum ferre pul-
mones arguebant; sed valida natura videtur
tunc discussisse quod illi videbatur inimicum
æger itaque convalescebat, & symptomata e-
vanescebant. Æstas subsequebatur sicca
& squalida admodum, autumnus autem plu-
viosus & australis, ex quibus medicus ratio-
ne & auctoritate Hippocratis (3 aphor: 13)
instructus potuisset ansam arripere præca-
vendi omne periculum felici therapeia. Sic
cura exhiberem convenienti methodo, Gelati-
nam cornu cervi dulcoratam sacchare rosato
Lac capræ quotidie bibat quæ nutritur —
hedera; hyssopo, tussilagine, genista, sa-
tureia hyemali, borragine, buglosso, cicho-
reo, Endivia, Dente leonis & similibus. Hauriat
huius lactis cupiat tepidum ab ubere capræ
dulcoratum sacharo rosato.

et purgantibus medicamentis abstineret impe:
ravi siquidem cum nimio eorum usu alti:
tum esse censebam; suasi itaque ut jejunan:
do uteretur præscriptis.

XIX. Litera [redacted] scripta viro
Excellentissimo Dno Doct: Ashton
super statu Dnæ Franciscæ Hacket.

S. P. Confugimus ad te, Consultissime D. Doctor & fautor plurimum colende, rogamusque te obnixe ut nobis consilio tuo adsis scriptis cum propter imbecillitatem & senium tuum parum sit tutum peregrinari ut audivi ex D. Haley genero tuo. Statum ægræ quam potuimus ore vivissimis depinximus; Hactenus occupati fui: mus in præparatione corporis tum eccoproticis aliquot, tum unico vomitorio, specifica jam ag: grediemur quorum tuo judicio committimus ex: aminandas formulas; Phlebotomiam neque in basylica, neque sub lingua, neque in naribus ten: tavimus (quamvis eam ægræ profuturam cen: seamus) partim defectu chirurgi, partim vero quod parentes venæ sectionem suspectam ha:

beant. Menses quidem ante hunc morbum flu-
xerant. & nec certis periodis uti par erat,
nec satis copiose: Inordinate enim & non expec-
tati propter inconstantiam apparere solebant.
Exigua aut nulla mutatio morbi meliora ex-
pectandi spem nobis exhibet, imò ubi antehac
unico solum paroxysmo corripiebatur, jam ea
bis accessus aggreditur spatio diei naturalis,
circa primam scilicet, ut patet ex praescripto
statu, pomeridianam, & circa nonam vespertinam,
utraque cum convulsionibus crurum & digitorum
utriusque manus, sensuum aliquantula abolitione
in eo tamen differunt accessus quod vespertinus
pomeridionali multum sit levior, nec ex diffi-
cultate respirandi, quam ejulatus interdum pro-
dit, suffocandi terrorem tantum adstantibus in-
cutiat; Et nihilominus hic paroxismus non vide-
tur mihi vacare periculo, quod in eo aegra
aliquando prorsus non respiret; quodque hi ac-
cessus praecipitate sua prioris violentiam compen-
sare videatur. Unicam habent residuam filiam
parentes, eamque aegrotam admodum, ut cum
sene apud Terentium dubitent num habeant.

mec ne; Illi ut opituleris omnes oonixe ro:
gamus. Vale & Dm Haley meis verbis
quam officiosissime salutato. Vale iterum.
Dabantur raptim 23. July 1626.

Tuæ Humani: Observanti
Samuel Bave.

XIX. Status Donæ Franciscæ Hacket
communicatus D. D. Doctori Ashwortn
18 July 1626.

Vocatus invisi ægram virginem 20. agentem an:
num, reperi eam lecto affixam, constitutione me:
lancholicam, caput ei interdiu continuo & quoti:
die movebatur versus pectus etiam in somno.
noctu tamen dormiebat capite quieto, respiratio
æquo crebrior, pulsus fere naturalis donec paro:
xysmus instaret, tunc enim paulo major solito.
in paroxysmo vero minor usq; ad vigorem.
Paroxysmus adoritur eam circa secundam pomeri:
dianam, præcedentibus motibus convulsivis circa
decimam & undecimam matutinam, non sine do:
lore in utroq; crure præsertim tamen dextro
à genu ad metatharsum; Ingruente ab eo tem:
pore paroxysmo sensim difficultas respirandi

augetur

augetur, donec vaporibus caput repletum sit. (Consternatio enim ad horam paroxysmum præcedens hoc arguit) & tunc convulsiones universales cum abolitione sensuum epilepsiā eam correptam esse indigitant, paroxysmo durante ad dimidiam horam, solvitur postea cū screatu cruentato, composito scilicet ex pituita & sanguine.

Utrum autem per idiopathiam an vero per sympathiam caput laboret in hoc affectu ex sequentib. patebit. Diu laboravit obstructionibq melancholicis hiemis præsertim, virginibq in illa ætate valde frequentibus. Intervenere passiones animi mæstitia præcipue ex defuncta sorore, quâ decumbente vigiliis & inedia ad aliquot septimanas plurimum sibi obfuit; mortuâ vero inter luctus & suspiria eadem die in hunc affectum incidit. Mane cum expergiscitur statim caput motu illo præternaturali movetur versus pectus convulsivo, male affectis potius nervis ex repletione quam vel debilitate vel inanitione. Nam etsi supina jaceat ad pectus tamen mo:

verur sursum caput, quod in motu paralytico fieri posse rationi vix consonum est. Deinde anhelitus crebrior fit circa nonam, dum scilicet vaporum tenuior portio diaphragma & pulmones afficit. Circa decimam crura incipiunt convelli ab aura illa ut puto venenata quæ est in motu & repercutitur à partib. nobilioribus ad inferiores & minus nobiles, atque eas acrimonia sua vellicando spasmum inducit. Ac tandem paroxysmum causat hæc eadem aura. Elapsa enim hora postquam reliquit crura caput ferit, & tunc consternatur ad horam & ultra, facultates animales constant omnes, donec paroxysmus ingruat quod fit subito, certa periodo, typoque certo post revolutionem 24 horarum. In paroxysmi principio usque ad vigorem sensus omnes abolentur cum jactitatione corporis, respirandi difficultate, ejaculatu tum in systole, tum in diastole pulmonum ad horam dimidiam, non sine convulsione universali, præsertim pollicis & digitorum, pollice palmis inserto & digitis arctissime compresso. Per sympathiam itaque affectum esse concludimus.

Curam quod attinet eam subjungemus præmissâ prius hac prognosi quod res a nobis suscepta sit ardua & anceps; Ardua inquã ratione naturæ morbi & causæ continentis eundem foventis; Anceps vero quod quivis paroxysmus videatur suffocationis periculum minari. Hic addo ægræ continuam tristitiam & intentam mentem in contemplatione melancholica. quæ cum prius morbum causaverit, eundem quoque quod fovere valeat non est quod quis dubitet.

Quam primum rem aggrederemur eluimus primam regionem levioribus pharmacis & eccoproticis; jam ratione mensium retentorũ & magnitudinis morbi, phlebotomiam imperavimus in basylica dextra ad ℥ 6. sequenti die particularem evacuationem tentaturi vel apertione venæ sub lingua vel in naribus: Ac demũ specificis antiepilepticis eam curare conavimur, idque primum levioribus qualia sunt quæ ex penu vegetabilium depromuntur; deinde ad validiora qualia sunt præparationes ex Luna, Cristallo

& similia progrediemur, non neglectis interim cauterijs & cæteris quæ ratio profutura edocet. For Mrs Francis Hacket.

XX: 19 Julij 1626.

℞ Fol: betonicæ, Majoranæ Serpilli ana Mj Rorismar: M.ß. meliss: M.i. Summitatu salviæ, adianthi, ceterach ana Miß. Abrotani M.j. Radic: pæoniæ ℥ij Semin: anisi fænic: dulcis, pæoniæ ana ℥ij Florum anthos buglos: betonic: calendulæ, primulæ veris ana p.ij. Confundantur omnia & exprimatur succus qui immisceatur cerevisiæ recentis lib. xlj. Impend: in sacculo nucis myrist n.ro iij Cariophill: n.ro x. Zinzib: rad: duas. Post absolutam defæcationem obturetur vas & bibat ex hoc potu pro libitu

℞ Cynnamomi, Cariophil: Galangæ, Cubeb: ana ℥ß. Piperis nigri, longi albi, Semin: cardamo: minor: ana ℈j. Visci quercu: ʒj Dictamni ℈ß. Semin: sileris mont: Pæoniæ ana ℈ij Corall: rubr: smarag: ʒj. Margarit: præp: ʒß. Ossis: de corde cervi, Spec: Elect: de gem: ana ℈j

Ambræ gryseæ g. ij. ℞ Huius compos: pulverisa: & cribratæ in alcohol ℥ß. Sacha: ri rosati; Manus Christi perlati ā ℥j. Sp:tus nucis myrist: Cynam: ā g. ij. M. & excipe s. q. syrup. de Beton: & f. Elect: molle. Cuius capiat quantitatem avellanæ mane & vesperi.

℞ Agaric: recent: trochisc: ʒijß. Specierum hieræ simpl: ʒjß. Radic: pyrethri ʒß. Gra: norum pæoniæ ℈j. Pulverisa: tenuiss: & cum s. q: oxymel: scyllitic: f. Massa pilular: inter formandum adde salis absynth: ℈j. Sp:tus angelicæ, majoranæ ā. g. ij Capiat dosin ℈ij alternis diebus hora somni.

Præterea fiat julapium ex n̄ro præscripto cum aqua n̄ra antiepileptica & hysterica cuius capiat tria cochlearia unica hora ante paroxysmum.

℞ Aloes succotrinæ ℥j. Myrrhæ, gentianæ aristolochiæ, Dictamni cretici, Croci ā ʒß. Radicum rubiæ majoris Mithridaty ā ℥j. Cum syr: de arth: M. f. Mass: S. Pil: hæmag:

XXI. Clarissimo Consultissimoque viro
Dno Henrico Ashworth Medicinæ
Doctori Celeberrimo S. P. dicit S. B.

Status ægrotantis virginis Nobilissimæ D. Franciscæ Hacket, opem tuam clarissime consultissimeque Dne Doctor, & fautor plurimum colende ulterius requirit; Ad te itaque confugimus, & ut eam nobis largiaris obnixe rogamus. Multæ ab eo tempore quo consilium nobis tuum communicare dignatus fuisti, obortæ fuere mutationes; Nam lienaris & hystericus morbus factus fuit, qui primus tantum videbatur epilepticus ab aura venenata ortum ducentem cruribus, ut tunc temporis notavimus. Motus enim hypogastrij & lienis, suffocationem præcedens id arguunt; Sic igitur tua te opinio vir Excellentissime non fefellit, dum prædiceres hanc Epilepsiam esse hystericam, ortam ab humore melancholico excitato singulari illa animi passione ex luctu propter defunctam sororem: Paucis jam quomodo res se habeat quidque à nobis actitatum fuerit sic perstringo. Quatuor habet paroxysmos spacio diei naturalis, recurrentes certo typo, solitaque

periodo, quorum duo durant singuli ad horas tres, cæteri sunt breviores, nec ægram per horam integram deserunt. Maxilla inferior contrahitur statim ante omnes suffocationes, cum facultatum animalium totali abolitione, ἀφωνία, nec non universali membrorum contractione. Tunc autem aperto ore spatula argentea, intrusoq; calamo gutturi tussim excito; sic ad tempus redeunt actiones animales principes, convulsionibus interim remanentibus manuum cum pollice volæ incluso & crurum. Nec strangulationes hæ recurrere cessant donec una cum ijs spasmus universalis ægram deserat. Hæc singulatim Dn̄s Hacket tibi referet. Possetum tuum ex arthemisia & seminibg carminantibus &c. bis terve ei exhibuimus, sed statim nauseavit ad hoc. Pessaria non admittit; Moschum umbom umbilici & Emplastrum ex galbano superimposuimus. Sternutatorijs lassata potius quam adjuta fuit. Pilulam alterantem ex Castoreo, fæculis radicum aronis & peoniæ, diatrion piperon cum pauci[s]

guttis spiritus succini & exceptis extracto hysterico praescriptionis D. Doctoris Mayerne, cuius formula extat descripta in pharmacopaea Londinensi, sub titulo Aqua hysterica, ei lubenter exhiberem, sed ita nauseat ad omnia medicamenta ut ab ejus exhibitione abstineatim, praesertim cum longâ continuatione opus sit, priusquam ab huius medicamenti usu emolumentum capere possit. Alvum habet naturaliter constipatam, eam autem faeliciter laxat pilula Fabricij ab aqua pendente facta multiplici digestione ex aloe succotrina & succo rosarum pallidarum. Menses passa fuit ante sex septimanas aequo tamen parciores, & qualitatibus parum laudabiles. Lochia enim redolebant & nigricabant: ab eo tempore non apparuere. Spiritum [illegible] rei cerevisiae admixtum saepe exhibui praesertim ante & in paroxysmo, verum ita male fert ventriculus hoc pharmacum, (quod abhorrent? anorexia & conamina irrita vomendi) ut ab eo quoque jam abstineamus. Clysteres quos prius respuebat verecundia impedita, nunc quidem admittit coacta procul:

dubio crudeli illa tortura quam proh dolor
subiit. sed continuatus eorundem usus sine
ullo emolumento fecit ut eligat potius pilu-
lam ex aloe rosata quam enemata ad lubri-
cam efficiendam alvum. Hic haeremus & ad
te confugimus ut nos ulterius instruas ro-
gantes. Si menses velis provocari, quibus
medicamentis, quibusve artibus tutius id-
fieri praestet doce. Extenuata enim est diu-
turno hoc morbo, nam ad cibum omnimodo
nauseat & morbus qui mitius cum aegram
detinuisset spatio octo dierum, ante mense
ita recrudvit & invaluit, ut symptomatum
frequentia & virium jactura mihi videantur
periculum augere. Cauterium impressimus ad
nucham, occiduum est à quo fluere coepit,
sed parce nec admodum foetide; faxit Deus
ut caput hac via liberetur ab hoc onere. Sic
quam potui brevissimis, nictitantibus oculis
in multam noctem statum praesentem depin-
ximus; obnixe rogantes te vir Excellentiss:
ut quemadmodum studiis meis semper favere
solitus es, ita eosdem promovere pergas quod

praeclare praestabis dum opem tuam in re praesenti tuleris. Pulsum habet satis aequalem sed debiliorem cum libera natura est a constituta; In accessu vero parvus est adeo ut aliquando vix percipiatur; Lotium est crudum, crassum, colore intensum, & crassamenti potius quam laudabile sedimentum continens. ffis vale & si ex penu tuo medicamentum aliquod quo caremus aegrae exhibendum miseris, curabimus ut ex praescriptione tua administretur. Vale iterum & me benevolentia tua prosequi perge. Dabantur raptim 6 Sept. 1626.

T. Excell: Observatiss.

XXII Responsoria Dni. Samuel Bave. Doctoris Ashillorth.

Salutem in Christo.

Accepi jam abs te missam Epistolam amicissime de me, studiose, de Dna aegrotante accurate de morbo & symptomatis perspicue de medicamentis alysq; usurpatis remedys loquentem. Nec dubito quin ejusmodi affecty non solum implicati, sed etiam connexi & cōsequentes, & nonnulli etiam disiuncti tum in exquirenda affectuum causa, tum in usurpanda

remediorum varietate, negotium sibi alijsq;
medicis anceps, difficile ac laboriosum faces-
sant; Liceat mihi te cum Poëta alloqui, Tu
ne cede malis sed contra audentior ito. ia-
m apud Ciceronem de senectute inertis dicit
esse poëtæ in extremo actu deficere. Sed fie-
ri non potest inquit Hipp: 1 prognost: ut
omnes ægrotantes sanitatem consequantur,
Quare medico providentiæ studium optimu(m)
est, præsentiens enim & prædicens quis mor-
bi sit futurus exitus liberabit se ab omni
calumnia. Effractæ vires sunt & morbi diutur-
nitate & viscerum languore convulsæ. Anorexia
& βραδυπεψία instaurationem virium prohi-
bent. Jusculi consumptis gelatina domestica,
quoad licet nutritionem suppeditent. Ex rasura
cornu cervini recenti macerata in aqua tepen-
te & postea cocta in olla fictili ad tertias
cum ℥i radicum Eryngij candelactarum fiat
colatus liquor qui coëat ad gelatinæ tenuio-
ris consistentiam, de quo sæpe sumat calente
vel frigido coch. i aut 2. aut 3. minus com-
movet ægroti & infirmis nauseam quia carnis
nidorem non resipit.

Cum decocto radicis chinæ lotæ & aliquandiu maceratæ in aqua calente & deinde in aqua lympida frigida, & rasuræ eboris & radicis cerefolij magni (myrrhis vera etiam nuncupatur) ex istis coctis in aqua hordei & colatis fiat emulsio cum amygdalis decorticatis & radicib. eryngij candefactis. His ac similib. alimentis utendum si ventriculi imbecillitas & nausea carnes, jusculа colatitia & consumpta carni um repudiet.

Topicis interim utendum suadeo. Ambra grysea parum vel Zibethi inferatur in caverniculam umbilici superimposito Emplastro parvo rotundo, ex gummis caranna supra alutæ portionem extensæ quo ambra in caverniula illa coerceatur: Interim toti regioni uteri & hypogastrio ab osse pectinis usque ad superiorem partem umbilici, imponatur emplastrum amplum supra alutam extensum quod etiam Emplastrum ambræ gryseæ prædictum cooperiat & in sua sede contineat. Emplastrum ceroneum à Fernelio descriptum poterit ad hos usus accommodari; Verumtamen quia dubito an sit apud vos in promptu aliud ad eandem

intentionem transmittendum censui. Scio vir-
gines à pessarijs abhorrere. Insessibus æ-
gra jam debilis uti non poterit, utinam
cucurbitulis levibus imo ventri & prope
inguina affixis frui posset, & internis fe-
moribus. Validæ fricationes fiant sæpe fe-
morum, crurum, & tibiarum: & ligaturæ do-
lorificæ sed de loco demovendæ & mutandæ.
Remedia per os sumenda si solida sint vix
possunt devorari, quare ab ijs transmitten-
dis aut describendis abstineo. Liquorem æ-
thereum nunc transmitto in phiala repositu
de quo ad instaurationem spirituum & viriu
sumat ægra cochlear j cum libuerit, invadente
præsertim accessione hysterica. Itemque balsa-
mum ex oleo chymico cynnamomi, & baccar
juniperi &c. de quo per accessionem g. ij vel
iij diluctis faucibus inserantur, vomitus inos
& fauces intimas intincta plumæ adminiculo
vel oleum e succino chymicum si sit in prom-
ptu similiter usurpari poterit.
Invadente & vigente accessione provocentur

crebra & valida sternutamenta, oleo terebinthinæ, vel potius oleo euphorbij cum apice plumæ immisso in nares vel tuunda ex virentibus folijs betonicæ, aut ex siccis folijs tabaci vel pulvere radicis illebori insufflato.

Obstetrix digitos balsamo odorato hysterico imbutis & in cervicem uteri intromissis leni fricatione proliceat vacuationem humoris putridi; idque commodissime fieri poterit vigente accessione. Liberkum sic usurpetur.

Pomum ex assa fœtida, castoreo, sagapeno & cæteris graveolentibus assiduè olfaciendum naribus apponatur.

Interdum ante invadentem accessionem quartæ partis horæ spacio sumat haustum copiosum aquæ gelidæ ex fonte lympido recenter haustæ videlicet ℥ 6. cum cochleariisque tribus julapij hysterici admixti; & consimilis haustus bis terve repetatur intra spacium quartæ partis horæ quo ad licet ante imminentem vel invadentem accessionem.

Ars nostra permulta alia in hoc affectu sedando suppeditat remedia, sed non possunt omnia

simul ac semel usurpari. Aveo ad te audi:re quem tandem exitum habeat hic affectus quem precor fore faustum & fœlicem; quib. meis votis annuat pro misericordia sua Deus, cui te, tuosq; conatus & labores commendo

Tuæ fœlicitatis & existimationis studiosus Henricus Ashbosch.

XXIII. Responsoria ad has.

S. P. Acceptis, lectis, & aliquoties relectis tuis literis Consultissime D. Doctor, singu:larem tuam erga me benevolentiam, erudiendi studium, elegantem methodum, & nervosam therapejam multum antehac ab alijs cele:bratam ipse expertus sum, non sine singu:lari emolumento. Quare ni indignus ha:beri velim tanto honore, quantum tibi tene:or profitebor solummodo, donec pari studio pro ingenij mei modulo tibi tuisve illud ex parte compensandi occasio sese obtulerit. In:terim gratias quas referre nequeo ago tibi maximas quod ita sigillatim omnia suvito

calore effusa percutrere, quædam corrigere, multa excusare, plura addere, eaq; omnia rationibus validissimis stabilire non fuerit dedignatus. Nos hostem illum quem utriusq; judicio quasi è specula ægræ nostræ insidias structurum prævidemus, ex emissarijs iniitibus, symptomata puto antesignana, junctis viribus conabimur debellare. Suâ audtoritate instructus audentius ibo, nec latum unquam quidem discedam ab ijs quæ consulis, nisi forte ea inexpectatus, quædam vel mutanda, vel demenda vel addenda imperet. Omiseram non pauca in postremis literis quæ recensere debebam, ut tibi innotescet quum primum eam visitaveris, advocatum enim te jam brevi intelligo: & tunc vocabis me nisi citius adfuerim, maxime expeto, ut unum consilium ex te capessendo quicquid ægræ profuturum speremus, præscribamus. Interim vive & me amare perge siquidem te pro meritis suspici

Rapt: 13. Sep: 1626. T. H. Observantiss.

XXIIII. S. P. D. Doctori Jordam. Dict. S.B.

Consilium tuum, clarissime, consultissimeq; D.D. & fautor plurimum colende uterius efficacitum comissis antehac enarratis ut breviores simus

in gratiam

in gratiam Nobilis virginis Dnæ Franciscæ Hacket, & ut quid à nobis hactenus actitatum fuerit in præsenti, te non fugiat, ecce mitto sententiam meam super statu morbi D. Doctori Ashworth prius oblatam cum tanti viri censura, & Dm̄ Doctoris Bambridge judicio quasi in tabula depictam. Ex quorum collatione facile tibi patebit in quibus consentiant dissentiantve mecum. Morbum Epilepsiam statuebam eamq; per consensum potius partium inferiorum quam per idiopathiam cerebri. Hisce locum dat præclarum illud Medicinæ decus Dnq Ashworth, hystericas solummodo passiones contra putat Dnq Bambridge, quibus tamen motus rationibus non video, nisi fortè potius eam hoc consignari nomine Epilepsiam velit quæ fit per consensum. Verum quam consequentiæ necessitatem ex ejusmodi argumentandi modo colligere valeat vix subolfacere possum. Meam sententiam hæc videbantur confirmare quod ægra convulsionibus universalibus typicè & periodicè recurrentibusq; & ad cardines lunæ majores ingravescentibus, una cum facultatum

animalium diminutione, nonnunquam etiam to:
tali abolitione detineretur. Quæ cum sit Epi:
lepsiæ nobis tradita definitio, an hallucinabimur
si hunc morbum definiti titulo insigitemus?
His addo quod ab antihystericis detrimentum
potius quam emolumentum tunc temporis capie:
bat: in hypogastrio nulli vapores percipie:
bantur petere diaphragma omnibus ibidem satis
quietis ut constabit illico consilium nostrum le:
genti; sed a cruribus potius malum videbatur
oriri ut ibidem notavimus causamq; ingenue a:
peruimq. Fateor quidem pridie antequam Oxonio
responsoriæ ad nos traderentur, mutationem in:
signem factam in initio paroxysmi, tunc enim
prima vice conquerebatur de summo dolore
in hypochondrio sinistro in liene, & tunc prov:
ter insignem lienis cum utero sympathiam præ:
dixi passuram ægram suffocationes uterinas-
epilepticas, Nec mea me fefellit opinio. Re:
ca novilunium enim ultimo elapsum recruduit
morbus, repetiere convulsiones, & paroxysmus
solito diutius, crebrius majoriq; cum suffoca:
tionis periculo ægram urgere cœpit. Quibus
autem in hoc morbo profligando usi fuimus

medicamentis in principio formula nostra quā tibi mittimus docebit. His addidimus postea spiritum castorei, & pilulas ex castoreo, faecu: las radicum aaronis, bryoniae, diatrion piper: & sp[iri]tū succini exceptis s. q. extracti nostri hysterici. Emplastrum ex galbano applicuimus umbilico, cum Zivetho in ipso umbilici umbone. Pessaria non admittit. Et ut multa paucis, ad medicamenta omnia nauseat, ita ut nunquam spiritus castorei guttulam ei exhibuerim, quin multis conaminibus statim vomere tentaverit, ejus tamen usum continuo per vices praesertim in paroxysmo. Phlebotomiam neglexmus tum defectu chirurgi, tum ob metum parentum. Menses semel apparuere sed aequo paucior es & qualitatibus parum laudabiles. Verecundia virginis impedit quo minus uti par est instituamus hierapicram. Clysteres enim diu nimis abhorrebat, nunc autem admittit, coacta procul dubio immani illa tortura quam proh dolor subit. In consilio nostro videbis morbum, causam, ora quo in, scopum curativum, & media. Omnia sunt in eodem statu quo prius, nisi velim dicere

frequentem paroxysmorum sævitiam, & virium jacturam augere periculum. Epilepsia enim hæc, est ab aura venenata, orta & a liene & utero male affectis. Rogamus itaque te vir clariss: obnixè ut opem nobis tuam adferas, calculumque tuum nostræ sententiæ, si à veritatis tramite non declinaverimus ingenuè adjicias. Hisce-obiter exaratis æqui bonique consule. vale & me amare perge. T. K. Observantiss: S. B.

XXV. Status viri Clariss: Dni Wood delineatus 30 Maii. 1630.

Conqueritur vir celeberrimus annorum plus minus 34. de cruditatibus ventriculi quæ se produnt laboriosis ructibus, tum vacuo stomacho, tum post ferè absolutam concoctionem ciborum post horas aliquot ab assumptis. Vapores item caput petentes dolorem eidem inducunt præsertim à somno. Quorum symptomatum causas sic paucis perstringo. Inæqualis viscerum subjectorum ventriculi scilicet frigidioris & humidi, hepatis vero calidi & sicioris intemperiei hæc symptomata soboles sunt, ut taceam renum excedentem caliditatem, & massam sanguinis vaporosam.

Ructus enim isti non raro pituitæ tenuioris copiam ad os ex ventriculo protrudunt, frigoris ejus partis naturalis non contemnendum argumentum: præterea volarum calor præternaturalis & urina æquo saturatior & tenuior aestum hepatis satis convincunt. Capitis dolor intermittens vaporosam diathesim massæ sanguineæ indigitat: Imperfectæ enim concoctioni ventriculi quo minus hoc adscribendum censeam tenuitas pituitæ insipidæ prorsus, quam naturalem oneri esse ipsi ventriculo ructibus aliquot excludit: Hæc enim dolorem inducere nequit nisi copiâ suâ gravet & angustis tunicarum meatibus inclusa tensione fluxum augeat: quod si patienti huic contingeret potius conquereretur de cruciatibus ventriculi quam capitis dolore. Præterea tempus paroxysmi hoc statutum confirmat: Cum enim calor naturalis dormientibus ad præcordia tanquam ad centrum retrahatur mirum non est si eo vaporosior sanguinis portio elata, ratione levitatis suæ caput petat, ratione vero acrimoniæ dolorem causet. Hæ autem causæ cum originem ducant

ut patet rem altius inspicienti ab obstructio:
nibus praecedentibus lienis, mesaraei, partiumq
illis adjacentium, eò omnibus viribus anniten:
dum curationem instituenti, ut ex prius remo
veantur. Continentes enim causae vix emen:
dari possunt nisi respectus habeatur antece:
dentium. Difficile quidem agnosco partibq
omnibus suum tonum debitum restituere.
Interim tamen illud tentandum censeo phar:
macis in hunc finem à Deo creatis, atq hac
spe fretus me sanitatem huic viro optimè de
me merito promoturum. Sic rem aggressus sum.
Primo repurgavi corpus pharmaco phlegmago:
go & cholagogo. Deinde praescripsi illi Elec:
tuarium deopilativum sumendum singulis die:
bus ad aliquot tempus in aurora cum exer
citio, non neglectis interim specificis stoma:
chicis & hepaticis, quae in hunc finem Electu:
ario praescripto inseruimus. Et si his natura
non invalescat satis, ad satagendum suo officio
consulerem ut concoctionem juvaret seminib.
aliquot coriandri, foeniculi, anisi, saccharo
incrustatis, hac tamen adhibita cautione ut
iis discrete utatur, ut condiant tantum ci:

gesta qualitatesqz ciborum leviter castigent ne calidiori hepati noceant. Valentiora hac æstate suspecta mihi sunt in hoc subjecto. ad ea tamen proximo autumno deveniendū si opus sit censeo. Quæ omnia ut & hanc meam sententiam accurato assistentis medici judicio committo; Deum rogans ter Optimū Maximum ut ephidiktis illi pharmacis vires addat quo patiens hic inculpatæ restituatur sanitati.

XXVI. S. P. D. Clarissimus Consultissimus Dominus Doctor Lapp'orta
S. B. 23. Maji 1625.

Reversa est tandem Doctissime Bave patiens tua mea Marguareta Reynolts, et redijt post usum thermarum (ut spes est) integrior & ab accessionibus convulsivis liberior. Mihi suspicio fuit de vaporibus uterinis ascendentib. Purgavi eum pilulis de pæonia de chamæpitue & fœtidis cum olei succini additione, & pauxillo castorei. In accessioq dedi tincturam castorei in cerevisia. Thermis abluitur & tandem plena

manu adhibetur aquæ stillicidium ad cerebri confortationem. Post stillicidium (desiccatis post sudorem capillis) inunxi suturas capitis cum balsamo cephalico nostro. Thermas accomitatus est potus diæteticus, cum ligno guajaci sarsa & herbis cephalicis, & uterinis, simul cum carminantibus, & æquali portione corticis Winteriani præparatus. Hæc ea sunt quæ acta sunt. Tu judica & consule, Meum vero si velis calculum hunc habe.

Purganda est semper quavis 5.ª 6.ª vel 7.ª nocte, sufficerit pro vice pilularum præscriptarum ʒß. vel ℈ij in quinque pilulis, quarum duæ ante somnum, mane sequenti tres reliquæ sumantur. Includit hæc chartula formulam pilularum quas Baronissa deglutivit. Defecit me memoria in initio literarum, jam vero ago scriptis tabulis, adstat enim apothecarius. Tu tuo utere judicio, levis est error sive sequaris pilulas in principio memoratas, sive has ad finem literarum subscriptas. Continuetur usus balsami cephalici, & in accessibus da tincturam castorei, vel guttulas aliquot olei succini, vel olei seminum fœniculi dulcis in liquore idoneo.

Hactenus explicui me ipsum currente calamo. Tu vero sedatior perge bonis avibus, & ut soles operâ sedulâ & perspicaci, & Dei benedictio coronet opus. Vale (suavissime Shave) & me habe

Amicum fidelissimum
Edwardum Laplworthum

℞ Pilularum de pæonia. Hieræ cum agar: ℈ ß
Castorei g. iiij. Olei succini g. iij. M. f. pil. quarum duæ sumantur horâ somni, & aurorâ sequenti capiat reliquas.

Satis hæ fuerunt potentes, tu vero dosim minue vel in his vel in illis pilulis prout æquum statueris.

XXVII. Literæ Clariss: Excellentissimiq viri Dni De Mayerne consultoriæ in puerperio Nobilissimæ D.
De La Warr 15º Febr: 1625.

Nobilem vestram ægram plus expertam metg quam periculi gaudeo (vir ornatissime) ipsiqz de æstu tempestatis aliquantulum sedato gratulor. Insueta juniorum animos solent afficere quæ experientia familiaria reddit. Siquidem omnia secundum naturæ leges procedunt, quid ulterius

optandum, vel quid majoris momenti tentandu sit non video. Hoc tantum procurandum credo ut alvus respondeat. quæ tamen non est impen: suis irritanda. Sufficiet abs te præscriptum enema, cum decocto, sacharo & syrupo vio: lato sine unguibus, quæ utero non ita bene conveniunt; Injiciatur alternis diebus ut præter alvinæ saburræ evacuationem, testi qui caput in hac nobili fœmina satis debile in: festant fumi à suprema arce revellantur. Ita demulcebitur (quantum quidem per animi pathema: ta licebit) capitis dolor & corpus laudabili redd: tum temperiei placido somno refocillabitur. Atta: men si molesta esse pergant vigiliæ mittodia codium cuius semunciam primo dabis ex pos: seto, vel emulsione. Deinde pro re nata auge: bis ad drachmas quinque vel sex quantitatem. In puerperâ tamen cui necesse est ut fluant lochia, nosti hypnotica non sine circumspectione & urgente necessitate exhibendam. quæ satis num magna est ob vigilias, à quibus metus est ne incendantur ignei qui sunt in viviaci isto sub: jecto spiritus, & febris Dominam invadat. Atte

etiam syrupum ex floribus primulæ veris admodum cephalicum, dandum in ijsdem liquoribus. Mitto betonicæ folia, flores primulæ veris, Nenupharis, papaveris rhœadis, semina papaveris albi, quæ duplici linteo excepta, additis amygdalis amaris & nuci myristica concinnentur in frontale, quod humectatum ad vaporem oxycrati (ex aqua & aceto rosaceis) in laminam candentem effusi, applicetur fronti & temporibus horâ somni. Mammis flaccescentibus, & lactis onus per inferiora deponentibus applicandum nihil, videndum solum ne aëris frigidi appulsum sentiant. Ego Emplastro tibi dicto (ex diacalcitheo ircato) ubera puerperarum tegere soleo, neque ad decimam vel duodecimam usque diem id unquam removeo, superimpositis umbonibus lineis qui suberis serratulam vel scobem limâ asperiori comminutam contineant. Quo ad urinæ paucitatem, si abunde natura sese per uterum exoneret, non est quod te torqueat; si quid Domina sentiat inde incommodi, chamomillam viridem, parietariæ & senecionis cum malvis in sartagine frigito, & vino albo humectatas herbas linteo invo-

tas regioni vesicæ applicato. Proderunt etiā emulsiones seminum melonum factæ cum decocto radicum aperientium & altheæ, non omissa glycirrhiza. Sed delicatum corpusculum nolim citra necessitatem jubentem non suadentem solum multis medicaminibus torqueri. Idoneam jis scio præscribes victus legem, a mulierum istius insulæ more alienissimam, quæ puerperas nimio cibo farcire imprudentissimè solent. Hoc tibi sit commissum negotium. Dominam cui optimè cupio, & cuius parenti, ipsiusq domui toti plurimum debes, meo nomine saluta. Gratum mihi quod meâ non indigeat operâ, cuius necessitatem avertat Deus. Attamen (ut mortalium res incerto sunt loco) si quid novi ingruat; quod meum poscat consilium, imò præsentiam penes ipsum patrem ipsamq Nobilem Dominam mei potestatem esse per te sciant. Vale Dat: Londini 15° Febr: 1625 per me qui sum.

Tibi addictissimus

Demayerne.

XXVIII · Responsoria ad literas Excellentiss: viri D. De Mayerne

Usi fuimus medicamentis eâ quam nobis præscripsisti methodo, Consultissime D. Doctor & fautor plurimum colende, non sine singulari emolumento. Nobilissima enim D. De la [illegible] hac nocte ultimò præterita placido somno, quã vis totum opus naturæ commisissem refocillata est. Præcedente tamen nocte exhibueram horâ somni cochlear unum diacodij quod totã noctem vracurrentem duxisset insomnem, febrisque calor tuti narcotici usum suaderet. Conqueritur tamen adhuc de stomachi imbecillitate & lypothymiæ metu, nec non de urinæ difficultate post duodecim horas plus minus dum vesicæ onus manifestè gravat, conatur illud deponere quidem, sed antequam lotium profluat ferè per horæ quadrantem matulæ insidere cogitur; Urina est perturbata, crassa, & ruffa qualis puerperis frequens est: causam putabã vel colli matricis ex partu relaxatam membranulam, vel tenuiorem musculum vesicæ orificio

incumbendo ~~eandem~~ idem obstruentem. Vel visci-
dam pituitam ex vesica in collo illabentem ac
sic urinae exitum impedientem. Ut ut sit, mihi ad-
huc satisfacere non potui in solvendis dubijs cum
assistens mulier imaginatum impedimentum digito
quaesiverit, & removere tentaverit, nec tamen no-
bilissima aegra inde fuit facta expectati suc-
cessus compos: Lochia praeterea copiose fluunt
sed discolorata ex albo flavescentia & foetida
rarò rubea. Hesterna die circa quartam po-
meridianam ab injecto enemate, in quo absti-
nuimus ex tuo consilio ab omnimoda ungui-
um adjunctione alvum exoneravit a saburra
quae fermentatione elevabatur in ipsa matula,
sed lotij nihil prodijt quod miror, cum non
minxisset ab horis circiter octo. In urinali
lotio conspiciebatur quidem mucosa substantia
admixta heri circa octavam vespertinam, sed
utrum hoc vesicae an vero utero acceptum fe-
rendum sit dubius haereo. Obstructio tamen
illa me in hanc rapit sententiam quod vesicae
vitio tenax illa materia progenata sit. Si Ex-
cellentia tua me vacillantem hic erudire dig-

netur obsequentem habebit discipulum & tironi calcar addet. Nihil nobis medicamentorum est ad manus, quæcunque sive cardiaca, sive diuretica consulta statueris secundum præscriptum tuum administrabimus. Vale & me amare perge. Dabantur raptim Albmi 18. Feb. 1625

T. Ex: observantiss:
Samuel Bave.

Postscriptum.

Reddidit hodie mane ægra lotium multo liberius solito: sed cum removeretur ex uno lecto in alium, videbatur admodum veterine lypothymia corriperetur: Quiete eam jacere imperavimus & statim refocillata est. Conamur eam quantum in nos est, diæta reficere convenienti, & paululum auctiori victu jacturam virium resarcire tentamus. Hesterna cœna duorum ovorum vitellis recentium contenta dedit se quieti post duas horas à cœna, & continuato somno ad horas sex aut septem expergiscebatur circa tertiam matutinam. Circa quintam dormivit denuo fere ad septimam, &

semper benè expergiscitur. Quod si cardiacum aliquod exhiberetur medicamentum horâ somni ad resarciendos spiritus ex longâ & copiosa illa hysterica evacuatione aliquantulum debilitatos mihi videretur ægræ profuturum. Hac nocte parcius prodierant lochia, unica tamen circa horâ post somnum affatim demio e[illegible] exierunt. Sic reddita ratione actorum hac nocte [illegible] rita Excellentiam tuam rursus valere jubet.

XXIX. Dubia de quibus Reverendus D[r]. Bave circa morbum meum certior fieri cupit.

Ad primam quæstionem. Quamdiu dolor me[-] lancholicus me detinuit.

Respondetur. Morbus hic melancholicus per tre- decim ad minimum annos per intervalla magnam mihi molestiam attulit, a qua nisi per sangui- sugas liberari non potui unquam.

2. An una cum excrementis aliquando sangui- nem excernat?

R. Dolore opprimente sæpè numero cum excrementis sanguis apparuit.

3. An color sanguinis sit semper unus idemq[ue] an vero mutetur.

℞ An idem semper fuerit sanguinis color, cer:
tò affirmare non possum dolor enim tam a:
cerbus fuit, ut omnem inspiciendi aut judican:
di libertatem sustulerit.
Ad 4. An dolorem gravativum percipiam
circa lienem, Hepar & Mesenterium.
℞ Duobus hinc annis elapsis circa lienem
dolorem passus sum non exiguum, ita ut
duritiem vel scirrhum pertimescerem.
Ad 5. An æstu præternaturali afficiantur
lumbi?
℞ Lumbi æstu præternaturali sæpe affici
untur, nunc tamen renum calculo vel arenu:
lis tribuendum censui.
Ad 6. An alvus sit plerumque lubrica, an
verò constipata?
℞ Alvus est plerumque lubrica, & cum con:
stipata semper dolore stipata.
Ad 7. An aliquando hæmorrhoides appa:
reant externæ & quales, uvales, morales
an verrucales?
℞ Hæmorrhoides externæ manifestè apparu:
erunt uvales quantum conjicere potui. at

nunc apparent verrucales.
Ad hæc Symptomata accessit etiam aliud si huius morbi sit symptoma, vel potius morbus proprius; Coxendicus nimirum summus dolor, quo viginti ab hinc annis mirum in modum cruciabar, & nunc etiamnum crucior.
Ad hunc vel potius hos morbos profligandos huius Reverendi Doctoris manus auxiliatrices imploro, cui in meo nomine, quod valetudinem meam ita curet diligenter, magnas velim gratias agas, referre enim non volsum, pro tenui tamen facultate referre studium.

Thomas Fallsetus.

XXX. S. P. Amico suo D. Thomæ Fallseto Dicit S. P.

Cum expliate satis mihi responsum sit ad interrogata vir Clarissime, quam possum brevissime quid super valetudinis tuæ statu censeam, & quomodo Symptomata ad minimum lenire possis sic perstringo. Affectum tute nosti. Causas puto hic animadverti posse plurimas; Constitutio naturalis melancholica, prava dispositio lienis, hepatis intemperies ca-

lida & venarum sphincteris debilitas, quibus
meseraeo contentus chylus vix ac ne vix quidem
depuratus superassatur in haematosi, unde por:
tio ejus non exigua degeneravit in succum a:
trabilarium acrem & erodentem, qui dum nego:
tium facesseret visceribus validioribus ab iis
relegatus per venae cavae ramulos circa lum:
bos divaricatos infestare coepit intestini recti
terminum sphincterem formantem: per venae por:
tae vero propagmem natura venas oneravit ani
externas jam ab aliquot annis. Haec omnia ex
ad me dato responso tuo colligo, & lubenter
de singulis enucleatius tecum agerem, nisi ne:
gotiorum farrago brevitatem imperaret. Spero
tamen me ore tenus aliquando te conventurum
quod maxime expeto, & ansam vel levissimam
arripere constitui vestras invisendi oras, ut
studiis meis tibi prodesse satagam; & quamvis
radicitus malum tollere diffidam, cum altiores
diuturnitate temporis egerit radices, quam quae
prorsus evelli possint, curam tamen molimur
palliativam: Nam haemorrhoides quae periodi:
ce fluxerunt spatio tot annorum etiamsi quis

vellet restinguere & firmare, id tamen nullo
modo valeret assequi propter robur partium
mittentium & debilitatem recipientis: Hic situs
in declivi quo humores facillimo negotio præ:
cipitantur noxæ difficultatem auget. Imò hoc
dato sed non concesso curabile esse quod jam
urget malum ejus, tamen medelam protinus requ:
ërem, quod ejusmodi restrictio gravissima sem[illegible]
sæpissimè adferat Symptomata: Sic enim aut
in hydropem vergunt homines, aut angina cor:
ripiuntur, vel lepra, Elephantiasi, impetigine in:
festantur; nec non aliquando in tumores lienis
quartanam & ipsam melancholiam incidunt. Cau:
tè itaque nobis hic agendum, præsertim cum sci:
rhosa diathesis lienis & hepatis, quam meritò
suspicabaris ex viscerum tendenti duritie, [illegible]
[illegible] revocaretur, cum summo facultatum & func:
tionum naturalium detrimento & vitæ periculo.
Si sanguis hic à natura protrusus ad anum quasi
ad sentinam, internis [illegible] pharmacis ad primas
[illegible] ad partes nobiliores repercuteretur. Nec ab
altera parte suo caret periculo venarum hæmor:
rhoidalium nimis profusa inanitio, propter dispen
dium spirituum & refrigerium hepatis: ut faculi:

mo negotio assequi potes, cum rem ipse medicam
non obscure calleas. Vides itaque quam dextre
tibi agendum sit ne declinando charibdim [illegible]
[illegible] internecionis periculo [illegible] ad Scyllam.
[illegible] semper consilium capiendum esse ex re prae-
senti quis est qui non animadvertat. Quare pro-
fluvium dum desunt vires restringuendum, vel ad
minimum mitigandum: Id vero fieri censeo vel re-
tardato fluxu materiae paulatim, pura [illegible]
in ordine si vires ferant, vel cucurbitulis affixis
[illegible] hypochondriis aut lumbis, vel venis con-
trarium [illegible] restrictis, si [illegible] rei necessitas
summa id postulaverit; spero quidem te hac non
indigere servatione [illegible], sed hoc solummodo
monitum velim quod si derivatio requireretur ut ea
[illegible] ope alicuius medici assistentis ex nostro
consilio. Alvus cum sit moderate lubrica abstine-
neas ab omnibus medicamentis dejectoriis [illegible]
[illegible] [illegible] usum [illegible] [illegible] post
vel circa aequinoctium autumnale [illegible]. Prae-
missis hic ad topica quaedam recensenda spectantia
me accingo. Primum itaque cum jam ut refers hae-
morrhoidibus afficiaris verrucarius, quae antehac

fuerunt ut opiatis uvales, ut eas foveas manè
& vesperi spongia aliqua hoc decocto imbuta ca-
lidam semis plus minus. ℞ Foliorum cavemurque-
cum floribus M. j. Foliorum verbasci, plantaginis
malvarum Altheæ ana simul sumptorum M. j.
bulliant in lib. ij lactis vaccini ad consumptio-
nem unius libræ, & reservetur pro fotu. Deinde
velim ut resiccato sphinctere aliquantulum lini-
menti nostri inspergas petijs, & applices hæmor-
rhoidibus externis horâ somni & si opus sit
immittas in ipso intestino recto turundulas munc-
tas hoc linimento & filo alligatas ad retractio-
nem in aurora. Mitto tibi præterea vir exce-
aliquot uncias Emplastri mei anodyni, ad lenien-
dum summum dolorem coxendicis de quo con-
quereris; Insperge huius compositionis quantum
opus est alutæ in formam emplastri & applica-
to coxendici hoc malagma, illudque sine è loco
donec sponte decidat. Plura libenter recenserem
sed angustia temporis ex abrupto te ut conva-
lescentiam tuam rogem consulit. Quod si ali-
quid emolumenti ex hoc nostro delineato statu
missisque pharmacis perceperis fac ut sciam, in

minus nec hoc negato. Vale & subito calore
effusis si aqui bonique consulueris cavar au-
de: & te invisendi quandocunque occasio eo-
migrandi sese obtulerit, & tibi ulterius prae-
scribendi quicquid sanitatem tuam promotu-
rum censuerit

Raps: 7 Julij — Tui amantiss: S. B.
Ao 1630.

XXX. Consilium D. De Mayerne
super surditate Dnae Speer.
30 octobris 1629

Siquidem nunc saeviente bruma, nobis non li-
ceat huic aegrae longa remediorum serie mu-
tiliter fatigatae, ea administrare, quae ad
debellandum affectum hypochondriacum, & de-
lendas praecipuo as vertiginis causas necessaria
sunt, Interim dum expectabitur, & sperabitur
propitio numine verna tempestas proxima quae
primum domum appulerit fiant sequentia.
℞ Decoct: communis emollientis & carminan-
tis lib. j. Catholici ℥j. Hierae picrae ℥iij Mel-
lis Mercurialis, Sacchari rubri ana ℥ij M. f. Clyst:

injiciendus pridie purgationis mane horis tribus ante cibum.

℞ Radicum filicis fœminæ polypodij recentis, corticis medij fraxini, corticum radic: cappar: & tamarisci ana ℥ij ß. foliorum betonicæ, chamæpit: melissæ, chamædr: arthemisiæ, ceterach fumariæ epithymi ana M. j. florum cordialium, herbæ pa: eulysseos, Keyri ana p. ij seminum pæoniæ mari zij seminum anisi, fœniculi, coriandri præpar: zij Radic: Ellebori nigri veri zbj. Cremoris trit: zb. f. ~~omnium~~ decoctio in s. q. aquæ in qua prius macerata fuerit per sex horas f. f. sennæ mundæ totum ℥ij ß. Colaturæ addatur infusio sensim facta in aqua betonic: ex rhabarb. Elect: aqu: recent: troch: ana ℥ß. cum cynnamomi & macis ana zj. Reducantur omnia levi calore ad ℥12 In quibus dissolve syrupi rosati pallidarum solutiv: cum agarico & syrupi Augustani ana ℥ij Spiritus vitrioli g. xij M. f. Apozema pro tribus dosibus matutinis sumendis diebus alternis, horis tribus ante jusculum, sex ante prandium cum debita custodia.

Perendie ultimæ purgationis, vel interpositis ad resumendas vires duobus tribusve diebus assignan-

tur margini ani hirudines n.[ro] iij & extrahantur sanguinis ℥ iiij.

Si non fluat anus diebus praedictis quietis, eo ipso die quo affigentur hirudines, subducatur mane enemate lemente.

Pro operatione apozematis laxantis & virium statu, detur die assumptionis cardiacum ex Mithridatio conserva rosarum, & lapide bezahar in ingressu lecti.

Diligenter caveat à frigore tam diebus purgationum etiam per totam hyemem.

Ita repurgato corpore per mensem integrum utatur Electuario sequente.

℞ Conservae florum tamarisci & fumariae ana ℥ ij Conservae florum paeoniae maris ℥ iiij. pulveris subtiliss: melissae, Epithymi, chamaedrios chamaepyteos. ana ℥ j. pulveris florum calendulae, Kerri. herbae paralysis, radic: & seminum paeoniae ℥ ß. Visci quercini, rasurae cranij humani non sepulti ana ℥ iij. Macis ℥ j. cargophil: cymamomi, ligni aloes ana ℥ j. Magisterij perlarum, corallorum. oculorum cancri ana ℥ ij ß. Succini albi praeparati ℥ ß. M. & cum syrupo florum leonicae rubrae acidulo cum spiritu vitrioli f. Electuarium instar opiatae, de quo capiat ad quan-

titatem juglandis quotidie mane superhausto hy:
dromelitis malvatici momento, dilato ad tres ad
minimum horas prandio.
Dein in septimana horis duabus à cœna levi ca
piat ʒß. vel ℈ij pilularum Macri per totam
hyemem.
Pridie & postridie ipsiusque Novilunij & pleni:
lunij diebus capiat sequentis Medicamenti speci:
fici dosin.
℞ Radicum siccarum pæoniæ maris, Valerianæ
sylvestris, Vincetoxici ā ℥j. Calami aromatici
℥ij. fol: siccat: visci quercini, hyperici, rutæ.
chamæpyt: betonicæ, summitatum rorismarin.
florum salviæ, seminum pæoniæ maris ā ℥ß.
Cornu cervi, Cranij Humani ad albedinem calci:
natorum, succini albi præparati ā ʒvj. Assæfæ
tidæ, Castorei ā ʒij. Salis absynthij, salis
succini volatilis ā ʒj. salis aetheniis: & cardui
benedicti ā ʒiß. stercoris pavonis albi debite col
lecti & siccati ℥vj. f. omnium pulvis subtiliss:
excipiendus s. q. syrupi ex professo præparati
ex floribus pæoniæ, tiliæ, liliorum convalium
& Keiri, qui redditus fuerit acidus cum s. q.
~~Spirit~~ spiritus vitrioli antiepileptici. f. Elect.
De quo capiat ℥j vel ʒvj pro dosi, superhausto

aquæ florum tiliæ momento, dilato ad quatu: or horas prandio.

Sequentia præscribantur à Medico ordinario.

Pulvis digestivus vapores supprimens, sumendus hora dimidia post singulos pastus.
Emplastrum ex Tacamahaca & galbano appli: candum umbilico inditis aliquot granis mo:chi & ...
Cucufa roborans caput.
Clyster frequens si pilularum usum recuset, quæ tamen sunt notandæ virtutis.
Cerevisia medicata cum cephalicis & hypochondri: acis pro potu ordinario.
Abstineat ab omni potu & ab omni grosso & vaporoso.
130 octob. 1629. Demayerne.

XXX. Status D. Powell. 18. Septemb. 1631.

Dna hæc annorum plus minus 54. vidua cui sti: terant menses ad annos circiter duodecim, conque: ritur de dolore hypochondrij sinistri, capitis dolo: re, nec non aliquando scotomia cum tussicula sicca per intervalla, plantarum pedum æstus præ: sertim ab exercitio vel incessu, quæ omnia af:

fedrum hypochondriacum sequuntur; totum enim illud ab obstructo liene ortum ducit; vapores n: inde caput petentes tenebricosam vertiginem inducere, & lacessendo pulmones tussiculam provocare ipse partis primario affectæ dolor inducat quo aborto cætera plerumque enarrata symptomata sæviunt; eò igitur omnibus viribus annitendum, ut majoribus periculis tempestive administratis medicamentis occurratur. Cum autem ei meam operam præsto concedere nequeam propter locorum distantiam præscripsi illi sumendam Prima die hanc potiunculam præparatoriam.

℞ Infus: purg: ℥iij Syrupi rosati compos: cum agar: ℥j Spiritus calc: g. ij M.

Sequenti die validiori pharmaco removeatur saburra meseraicam onerans quale hæc est.

℞ Infus: purgantis ℥iij. Syrupi rosar: pallidarum comp: cum agar: Mannæ calab: ana ℥j Rhei subtilissi: pulv: g. viij Spiritus calc: g. iij

At deinque capiat harum pilularum unam singulis auroris jejuno ventriculo cum moderati exercitij ad horam continuatione, & haustu cerevisiæ absynthiacæ post absolutum exercitium. Capiat item pilulam unam 4 horis post prandium

cum simili exercitio. Continuetur quotidie nisi præcipitatæ dejectiones matutinam pilulam suf: fuere indicaverint.

℞ Fæcul: Aronis, bryoniæ ā ℈j. Cristallor tartari ʒß. pulv: nu cachectici ʒb. Cortic: cap: myrrhæ ā ℈ß. Extracti nu rosati, Hieræ puræ ā ʒß. Spiritus thymi chym: g. ij. Cum s. q. syr: de betonic: M. f. pil:

Capiat item singulis noctibus quantitatem a= vellanæ huius Electuarij horâ somni:

℞ Conservæ verbasc: odorati. Calendul: ā ʒß. Borraginis, Anthos, ā ʒjß. Calami aromat: ℈ij. Zinziradi ʒij. Tabul: maris contra flat: ʒjß. Cum s. q. syr: de fumar: M. f. Elect:

Faxit Deus ut horum usu pristinæ restituatur hæc ægra incolumitati.

XXXI. Status Dnæ Harbert delineatus 18 Septembris.

Dna hæc annorum circiter 42. vividi coloris exaratis literis me consulit super laboriosa qua tenetur tussi, quâ flavescentia quidem ex: cernit sed fœtore omni carentia; Missis igitur bechicis tussis decimavit quidem & multum a solita ferocitate remiserat, cum conquereretur

De magna anxietate propter crebram & breve anhelationem. Vocor itaq́ & cum venissem ut causam huius difficultatis altius latentem indagarer, inquisivi inter alia de crurum tumore an aliquo corriperetur; Respondit illa tumuisse illi quidem elapso mense alterutrum crus sed tumor ille sensim evanuit: Suspicio tunc mihi statim oborta est male affecti hepatis, etiamsi notæ cachexiæ in facie nullæ deprehenderentur. res enim eo nondum devenit, Laboravit enim illa antehac hydrope, & cum meæ commissa cura ante biennium propter fœtidam diarrhœam in puerperio nescio quo errore contractam esset, tanta visceris debilitate labefactatum tum hepar memini, ut hæmatosin non bene absolvere potuerit; Cessit tamen tandem propitio numine magnum arti & opera meā sensim convaluit tunc, cum vi morbi valde afflicta esset; verebar tamen ne tanc hepatis parenchymate diuturno & profuso alvi profluvio nimis refrigerato incideret in hydropem, sed hoc clementer avertuncavit periculum tunc temporis omnis salutis auctor: Hisce argumentis diathesin hepatis labefactatam esse nunc etiam conjicio si quidem respirandi difficultas non tam vitio pul-

monum, quorum brōchia pituita viscida impedita esse non inficior, quam hepatis est. Manifestum enim percipit haec ægra dolorem gravativum sub utroque hypochondrio, ita ut mirum non sit si compresso diaphragmate respirationis libertas infringatur. Nec tantum hoc pituitæ viscidæ bronchiis inhærentis acceptum ferendum est cum sine sibilo interdū respiret, quod vix fieri posses si huic pulmonum obstructioni respirandi haec difficultas attribuenda esset. Quare meo judicio omnibus actionibus ab obstructionibus liberandæ partes naturales, earundemque laudabilis tonus promovendus non neglectā interim curā pulmonum ne malum quod jam infestat ægrā per consensum tantum, successu temporis labem pulmonibus imprimat primariam non sine magno periculo tabis.

Cum autem nausearet ad mentionem solummodo exhibendæ potionis exhibui illi ex cerevisia dulcorata sacchero & aromatizata nuce myristica rhei pulverisati ℈i. Pulveris nři phlegmagogi ℈ß. M. Unde octies dejecit biliosa & serosa cum satis facili tolerantia

Sequenti die in aurora cœpit pilulam unam-
cachecticam alterantem & purgantem, & post unius
horæ moderatum exercitium bibit haustum cerevi:
siæ absynthitis. Quatuor horis post prandium cœ:
pit quantitatem avellanæ electuarii nostri Moria:
ni cum simili exercitio. Quem cursum illi con:
tinuandum reliqui spatio trium septimanarum,
corrigendo hepatis vitio. Etiamsi non immerito o:
pinetur se jam uterum gestasse a mensibus duo:
bus, gravidis enim hinc nihil incommodi suborí:
venire posse non minus ratione quam experientia
mihi constat. Verum hodie apparuere menses, ideo
eam non esse impregnatam suspicamur.

Pulmonum curam habuimus his medelis. Pectus
inungeret imperavimus hora somni subscripto li:
nimento, & superinjectam bibulam operiri voluimus
pelle leporina.

℞ Olei amygd: dulcium ℥ij, Olei Macis ℥j,
Axungiæ Caponis ℥iij summitatum rorismar: le:
viter contusi Mn. j. Florum calendulæ p. ij.
Coquantur ad succorum consumptionem; Cola.

Etiam e præterea huius haustulum sumendum in
aurora & hora somni tepidum præscripsi si quan:
do tussis molestior negotium facesseret.

℞ Adianthi M. j. Rutæ muralis, phillitidis summitatum hyssopi ana simul sumptorum M. j. polypodij quercini recent: rad: bene mundatorum & majorum ℥ij, Uvarum passular: solat: exacinatarum ℥iij, pruna no bi. ficuum no 4. bulliant in aquæ fontanæ lib. iij ad unius tertiæ evaporationem, ad finem ebullitionis adde liquiritiæ rasæ & incisæ ℥ß. Cola & clarificatum liquorem dulcora ℥jß sacch: candidi rubri.

Præterea huic ægræ ejusque marito doloribusque nephriticis aliquando obnoxijs haustum præscripsi sumendum huius posseti.

℞ Posseti ex lacte & vino albo conflati & a coagulo liberati lib. ij adde parietariæ M. j Nasturtij aquat: M. ß. Coquantur & despumentur uvarum pass: solat: ℥ij seminum anisi fœniculi dulcis, petroselini ana ℥ß. coquantur denuo. remotis ab igne adde liquirit: rasæ & incisæ ʒij Cola denuo. & adde haustui sumendi tepide ℥jß Syrup: de althæa.

Deus pro benignitate his benedicat medijs ut utrique in salutem secedant.

XXXII. Status conjugis Dni Pastoris Bomer delineatus 20 Sept: 1631.

Dna hæc annorum plus minus 42. Obstructiones habet lienis & meseraei ut apparet ex urinæ cruditate, faciei suffusione; nec non intemperie frigida & humida ventriculi, calida vero & sicca hepatis corripitur; Eructat enim aliquando acidum cum magna pituitæ copia quæ ructibus per os extruditur te: nuis; & palmarum manuum, nec non plantarum pedum continuo æstu, præsertim tamen noctu. Rubet facies intense sine pustulis tamen, hoc autem acceptum ferendum censeo mensibus retentis ab anno, ratione ætatis æquo maturius. Atque hanc causam antecedentem statuo omnium quæ infestant symptomatum; Continentem vero obstructiones viscerum cum eorundem intemperie supra indigitata. Hæ itaque removendæ, & intemperies frigida ventriculi, sicca hepatis corrigenda ut natura in partibus nutritioni dicatis laudabili industria suo satagat officio; Uteri præterea habenda est ratio quo natura va:

leat eo tanquam ad corporis sentinam faecu
lentiorem sanguineae massae suburram ablega:
re & excludere. quae omnia Deo juvante
his absolventur remedijs.
Prima die capiat hoc leve vomitorium.
℞ vomitorij nri ℥iij — vini albi ℥ij syr:
acetosi simplicis ℥ß. M. Cap. prima die.
Sequenti die capiat subscriptam pot:
℞ Infus: purg: ℥iij Syr: ros: pallidar:
comp: cum agar: ℥j de cichor: cum rheo
ʒvj. Rhei pulv: ℈ß. Spus cale. g. ij M:
fc deinq; singulis diebq capiat harum pil:
ularum unam in aurora & unam 4 horis
a pastu cum moderato exercitio spacio trium
septimanarum.
℞ Faecularum radic: Aaronis ℈ij. Bryoniae
ʒß. Myrrhae ℈j. Gentianae, aristolochiae
rotundae ⓐ ℈ß. Dictamni Cretici, Croci ⓐ
g. 6. Pulveris nri cachectici ℥ß. Hierae
picrae Extracti nri rosati ⓐ ʒiij Cum s.
q. syr: de Mentha M. f. pil: adde spus albi gr. ij
Deus his benedicat ut majora pericula anticipentur.

XXXIII. Literæ consultoriæ D. Doctoris Bayly in debilitate hepatis pro Dna Huntley. 10 Sept: 1625.

Eruditissime Dne Esse salutatum te vult mea litera primum, tum non minimam mihi fælicitatem obtegisse profiteor, quod hæc occasio te mihi antea per famam tantum, licet satis dignam, nunc tandem per scripta tua docte admodum & vere eleganter exarata notum fecerit: spero etiam ansam hanc colloquendi a te prius datam, penitiorem inter nos amicitiam gignituram. Jam quod ad statum affinet laborantis Dnæ Huntley, quam multis nominibus præter affinitatem redamare debeo, profecto plus quam doleo, eam in tam periculosum morbum fere præcipitatam; fere inquam, vix enim mihi persuasum habeo ascitem adhuc in eam sævire aut dominari: quod ex multis argumentis conjicio etiam non solum in hanc opinionem eo quam per literas potius mihi indicatio inducit: nam et major potest esse viscerum, quam tu recenseas intemperies, una cum tot symptomatum congerie, & longior a salute in hoc genere alteratio, nec protenus hydropi in principio esse concludenda. In via est fateor ad tam funestam calamitatem id quod ego sæpius observavi & a qua eam non semel arripere tentavi cum success:

jsu satis fausto & felici; in eandem tamen pla-
nè detrusam hoc tempore medius fidius non audeo
dicere. Tu interea recte facis quod vereatis jam
imminentem. & certè nisi consulto ei prospiciatur,
proventuram. Verum hanc ut propellas medicamen-
ta quæ summo studio & methodo satis laudabili
præscribenda curasti, apprimè bona, & maximè ido-
nea non possum non pleno assensu affirmare. Macte
itaque eodem quo cœpisti cursu, nec dubito quin æ-
gram hanc ad certum salutis portum brevi perducere
valeas; Hoc tantum bonâ cum venia liceat mihi a-
nimadvertere, in fotu tuo radices liliorum hepatis
tono minus convenire, si ejusdem durities non adsit
aut valdè metuatur. quin etiam flores chamomæli
quia minus emolliant magis laudo propterea quod tā
nobilis partis vim & facultatem plus æquo langues-
centem sartam tectam percupiam. Huc accedit pro
radicibus altheæ alias instituenda, lapathi nempe.
fœniculi & myrrhidis, quæ deopilantem energiam
non minorem obtinent, certè confortantem majorem.
sed omnia tuo perspicaci judicio lætus libensque sub-
mitto. Verum topica sunt hæc; De intro sumendis
major & solertior cura exhibenda. Tu extractum guaj-
aci & radicum Sassafras cum sarsa parilla probas ad-
jectis radicibus chichorei puto conditis eadem a me

non improbantur, nisi quod Zarsam suspectam habe
quia & ventriculo & hepati non amica utrumqz enec
are perhibetur; reliquis si diatriumsantalorum-
aut diarrhod: Abbatis compositionem cum aromatiu
rosati portiuncula & conserv: absynthij romani ad
dideris cum syrupo ex 5e radicib. aperientibg ad
concinnandum q. s. Nobile medicamentum & huic mor
bo expugnando validissimum constitues. Deinde non
abs re futurum existimo, sed corpore exacte pro
viribq extracto Rhabarbari &c. praepurgato, siad
chalybem specifice in hunc finem praeparatum des
cendas, hac tamen lege, ut exercitui si fert ro:
bur. satis forte injunxeris, & tribg horis a dai
sumpto medicamento cerevisiam absynthicem super
bibendam jubeas. Pene oblitus sum unguenti san
talini cum oleis de nardo, absynthij, succo agri
moniae oleorum ligni sassafrassij & faeminii
chymici gut: aliquot componendi, quo mane &
ad horam decubitus tota hepatis regio post so
lum quotidie inungenda est. Insuper paretur
ei cerevisia quotidiana & solummodo propinanda
ex decocto ligni sancti ex medirullio rubi, salvia
agrimonia, chamaepyteos, chichorei, sampsuci
singulatim in sua proportione cum lupulis para:
ta; In quo post debitam fermentationem, per sa
culum rarum linteum grana paradysi, nuces my:

ristica, garyophilli, Zinziberis &c. pro tua peritia non vulgari mensuranda, vel penderanda quali=bet, pendeant. Hæc sunt vir docte quæ reditq. huius ut ita dicam portatoris nimium præceps, & temporis brevitas (ad multam enim noctem literas tuas manibq meis traditas non ignores ve=rum) ad te scribere permittunt. Tu pro singu=lari tua qua polles humanitate ignosce spero si quid à tam festinanti calamo me indignum ef=fluxerit. Plura sunt quæ ad hoc pertinax & ino=ditatum malum debellandum desiderantur, de qui=bus opportunius vel in præsentia si rei necessi=tas ita postulet, vel per literas cum tu iubes. Interim his fruere quæ & tuæ impetrationi & curæ huius morbi ubitatæ abunde satisfaciunt. Vale.

Tuæ familiaritatis & benevol=entientiss: Rudolphg Bayley.

XXXIV. Alia ejusdem super eodem statu Dnæ Huntley. 29 Semp: 1629.

Salutem ex animo &c. Tandem aliquando, mi Praue suavissime post multos exantlatos labores & iter grave Trocestrium accessi tum ægræ nostræ visi=tandæ causâ, tum salutandi tui; ubi ad solatium meum literas tuas eruditionis medicæ erga patien=tem illam admodum plenas nec non amore & bene=volentia in me immetitum ubiqq pleno fonte sca-

turientes accepi, te ipsum vero quem percupide exoptavi, non inveni; quapropter non citius sereas ædes generosissimi Huntlæi intraram, heroina ægra tantum salutata, quin Glocestriam tui vocandi gratia mittendum curavi, sed proh dolor, domi non eras, etiam ut audivi alicuius interpellatione ad praxim faciendam ereptus, nec quisquam tui reditus nuncium me certiorem facere potuit. Pauca igitur cagt beneum certiorem facere potuit dicta medicamenta solus ut administratem coactus sui, satis fœlici, ut est Deo gratia, successu; alia quædam te ita postulante eo, quem iussi, ordine & methodo sumenda reliqui. Jam vero quod ad curam perfectam attinet, hoc mihi arridet maxime, ut ventriculo plusquam imbecillo succurratur primum, qui minus ut videtur alimenti appetit & amplectitur, quin dicam concoquit, quam non solum viribus sed & vitæ sustentandæ sufficiat. Deinde si placet junctis manibus ad cætera emendanda procedemus. cui fini, formulam cuiusdam litus pharmacopæo suo tradendam inclusam hic habes, & equi- om ventriculi quotidie inungendi, ut ei in mandatis dedi, sed decurtata hæc sunt nimis quam magis diffundere putavi si per negotia mea importuna liceret, quæ me impetu quodam violento præter expectationem meam & voluntatem etiam ab iis quos intime redamo, non avocaret modo

sed avellunt. brevi tamen reversurum quando ad societatem spero jucundissimam. nunquam me hercle ad satietatem te perfruar: Vale, meque semper, ut ego te jure optimo, ames etiam atque etiam rogo, qui sum

Tuæ fœlicitatis & amoris erga me studiosiss: Rudo: Bayley.

XXXV. Literæ D. Doctoris Bayleri super statu Dnæ Eleonoræ Hunsley tertiana & melancholia laborantis.

Dabantur tuæ, ut scribis studiosissime D. raptim & ad multam noctem studiose tamen & satis eleganter concinnatæ. festinantius meæ. & post totius diei exantlatos labores oculis fere conniventibus. jejune quidem & rudi Minerva conscriptæ propter multorum ægrotantium clamores. quibus divellor maxime. Doleo equidem valetudinem generosissimæ illius virginis adeo lubricam esse, adeoque incertam & difficilem, non tam ex febre spuria quâ laborat, quam ex melancholico affectu, qui plerumque soleat esse contumax & medicamentis quantumvis optimis refractarius admodum & rebellis: quod enim ad primum attinet tertianam scilicet accessionibus verâ longioribus infestantem. cum horrore majore. calore mitiore & sudore fere nullo nisi vi coacto. non in ea tuto recuperantiæ illius Heroinæ difficulta-

tem & incertitudinem positam esse, sed in domaria melancholia illa pertinaci, quæ non solum omnem medendi rationem respuere sed contemnere etiam sæpe videatur. Hunc igitur tyrannum & naturæ hostem acerrimum oppugnare nos oportet totis viribus, ut si Deus velit eum tandem expugnare valeamus, & manus therapeiæ captivas dare cogamus. Quod ut præstemus inprimis mea sententia morbi mineræ lien nempe & meseraicis prospiciendum est, omnesque in illis partibus obstructiones delendæ; tum materia præparanda, quæ si crassa attenuanda est, si lenta incidenda, si multa diminuenda, deinde extirpanda. Postea humores contemperandi, & benigniores reddendi, vaporesque sigendi ne caput petant, aut cor feriant. Postremo si quid in illis mali moris quod ajunt si quid malignitatis animadvertatur confortantibus res peragenda est, & ultima manus alexipharmacis specificis curæ imponenda. De medijs vero quibus hæc fieri poterunt aut de materia medicamentorum apud medicum exercitatum qualem te lubens agnosco, disputare, eiusque formulas rescribere, in quo sylva natum rerum jam dudum satis crevit, nimis sane puerile, inutile, aut singulari arrogantia summaque superiora merito verteretur. Verumtamen phlebotomia necne an purgatione fœlicius progrediendum sit, tui præsentis

autopsia melius, quam mei absentis conjectura statuere potest. Nihilominus tum de vena magna in brachio sinistro pertundenda, tum de hirudinibus ano figendis, idque vel unica vel iteratis vicibus, si res postulet quid senserim; & per literas nuper a me ad Dnam Huntleyam missas satis liquet, & tibi per-ias tanquam remedium quo salute illius virginis celerius restauranda laudabile & idoneum commendo. Sed hæc & alia huic operæ necessaria pluribus defundere multa mea, eaque magna & opportuna negotia quibus immorior hoc tempore non patiuntur, & huic argumento supersedere me cogunt volentem meum consilium largius alias expandere. A te non tam paucis nominibus amicitiæ & familiaritatis non unico modoque tantum vocabulo amo te! salutare, & statim tibi valedicendo manum de tabula movere, quod pro candore tuo ignosces mihi, spero. Vale.

13. Maji. 1626. Tui si quis alius studiosissimus
Rodolphus Bayley.

XXXVI. Literæ datæ Dno Doctori Clayton super statu nephritico Domini Slaghter 24. Oct. 1625

S. P. Miraberis procuIdubio, colende pater, quid rei sit, quod cum in valedicendo tam liberaliter literas me ad te daturum ultro pollicitus fuerim

segnius tamen quam præter promissum debeta
mea erga te observantia requirat, hoc literario
ære meo exsolverim. Paucis itaque quid calamum
etiam sæpius in hunc finem arreptum ut tibi
hac in re satisfacerem manibus nostris extorserit
sic habe & veniam dabis si rationes allatas
merito nobis silentium imperasse censeas: Re-
ligioni mihi erat parentem querulâ voce allo-
quendo offendere, quem recreare consueveram.
A primâ quâ appuli die, omnia mihi hic loci ita
displicebant, ut vitam exulis agere mihi viderer
& ut antehac omne solum patriam agnoscebam
jam hanc urbem excipere incipiebam. Omnes hic
mihi ignoti, ego vicissim illis peregrinus, atque
inde familiaritate nullius fruebar arctiori. Du
ita inter Garamantas meo judicio dego, de re-
ditu ad vos aliquoties mecum cogito, nymis
tamen rigidioris & inconstantiæ labeculæ metu
perterritus consilium capio, de figendo pede hu-
loci ad ver usque proximum, interim hospitis
mei urbanitatem, omniumque domesticorum in si-
mulando mihi promptitudinem experior. Hæc
tamen ut, quod res est fatear satis placere no
poterant quam diu ægris destitutus qui nostræ se
committerent curæ, non essem occupatus in facien-

do medicinam, & quod non ulla nobis affulge-
ret spes meliora expectandi non parum augebat
tædium: siquidem multis non minus ignaris quam
impudentibus hic circumcingimur agyrtis, qui quam-
vis inter plaustra & boves enutriti sint, licen-
tia tamen Episcopali instructi non minori gau-
dent libertate, quam qui inter literatos in Aca-
demijs liberaliter educati sunt. Inter alios autem
præcipue notavi quendam quem ex colloquio & mo-
ribus subulcum potius quam medicum dixeris, qui
ægris aliquot stadijs a se remotis, certis quibus-
dam vocabulis luxata ossa suis restituit alveo-
lis, & hic eadem cum cæteris fruitur libertate.
Mira profecto Episcoporum auctoritas & impia
licentia quâ diplomate magorum præstigijs vatti-
cinari audeant, quod ignarum vulgus ad eos ita
confluat, ut impossibile sit creditu, ita ut mirum
non sit si aliquid agendi vel levissima suspicio
nos occupare non poterit. Hactenus itaque nihil
scribendum censebam ne parenti ansam præbere
dolendi meam vicem; verum jam cum omnia vi-
deantur meliora polliceri tuæ paterni summovere
credendo quo in cardine res nostræ versentur.
paucos novi & illi me amant, ægros habeo non-

nullos, faxit Deus ut illis satisfaciam, ac
sic nullo modo dubito quin caetera ex votis sint
successura; Inter alios etiam habeo senem capu:
larem septuagenarium qui diversorum Medicorum
consilio frustra usus fuit; Verum ego nihil ten:
tare volui in re tam difficili & periculosa nisi
alterius Medici senioris ope adjutus, atque hic ni
fallor temeritatis crimen me caute declinasse
conjicies ex sequentibus. Æger septuagenarius
est, urinam reddit summa cum difficultate saepe
noctu-diuque, colore ex rubro nigricantem, sub:
stantia crassam, pelliculis multis scatentem. Hui
us affectus primordia sensit ab annis duodecim
per temporum intervalla paroxysmi gravius eum
torquent, hic eum detinuit spatio sex septimana:
rum, Plurimos consuluit, varia tentavit, sed om:
nia frustra, imo res in pejus delabitur cum ap:
petentia prostrata & alvus adstricta sit. Quid
hic censeam ex his symptomatibus hac conditione
hic refero ut non solum parentis sed & praecep:
toris munere instructus velis me ulterius erudire:
& quid ei profuturum statuas docere. Primo om:
missa prognosi, scilicet quod morbus prorsus
curari nequeat, molitemur curam aliquam palia:

tivam & ne dolores admodum sint ferociter sævientes operam dabimus. Ego autem credo necrosin partium inferiorum inceptam circa renes præcipue ubi quamvis dolor fuerit intensissimus (cum vomitibus doloreque continuo renis sinistri eidem impacti calculi non contemnendum argumentum) jam tamen prorsus remisit. Præterea, crassa, fœtida, & nigricans urina continuata in istam me trahit opinionem. Musculus colli vesicæ excoriatus est, quam primum enim aliquid lotij delabitur in vesicam a renibus per ureteres, hoc partes affectas interius vellicans naturam stimulat ad excretionem, quam præ dolore inter gemitus absolvit; Pelliculæ urinæ innatantes vesicæ scabiem indigitant; Et ut multa paucis. Cum in hoc sene diuturna adeo fuerit talis mictio statuo vesicæ ipsius naturalē temperiem prorsus immutatam esse à colluvie pravorum humorum eo tanquam ad sentinam fluentium. Hodie cum summopere contenderet ut illi aliquo syrupo alvum redderem lubricam (alter enim Medicus Dnus Grailè nondum rediit sed expectatur hodie) exhibui illi syrupi rosarum solutivi ℥ij cum vini albi, aquæ cichorij ana ℥jss. in forma julapij. Unde quamprimum hausisset primo aliquantu:

lum negotij sibi hanc potionem facessere conquestus est, verum hoc nihil fuit, & statim in meatus secessit, Sexties enim inde excrevit, & meatus solito conatus est, copiosam inde corpori isti messe saburram fluere paratam mihi ex hac operatione persuasum habeo. Cras consultandi gratiâ conveniemus ubi hanc methodum collegæ meo in debellando hoste proponam. Prius prima regio à suis fæcibus mundetur, deinde ea præscribantur quæ renibus et vesicæ expurgandæ conducunt à crassis & viscidis humoribus, in qua indicatione a calidioribus diureticis ut minus tutis abstinebimus, ac denique exhibeantur ea quæ virtute balsamica putredini resistunt, & partes excoriatas consolident. Te hic parentem & Æsculapium compello mihi opem feras si per occupationes tuas liceat. Hoc in casu si bene egero id prosperum fore tum ægro, tum medicis assistentibus certus sum; id autem tantum quantum fuerit tibi acceptum ferendum censeo, quippe qui nisi calcar mihi addidisses, nunquam tam bene mihi fuisset consultum. Quare quoad vixero grati animi & debitæ observantiæ pro viribus meis memor ero. Vale & meo nomine quam officiosissime saluta matrem suavissimam. Dabantur: Lapt: T. S. B.

XXXVII. 1628. April.

XXXVII. 1628 Aprilis 10.

Salutem in Christo. Ex literis tuis intelligo generosum puellum in magno esse salutis & vitæ discrimine, naturamqꝫ esse valde labefactatam morbi febrilis vi & diuturnitate. Symptomata indicant naturam fatiscere, sudor videtur non profuisse, in qua tamen vacuatione magna sanitatis recuperandæ spes affulgere cœpit. Perpendendum existimo an variolæ vel morbilli in vicinis locis et corporibus emergant, ut se nunc res habet censeo utendum præcipue cardiacis, quibq, quantum assequi poterimus, malum hoc à corde, & arce capitis propulsetur.

Eximendam censeo confectionem liberant: mixtã cum aliqua parte conservæ berberorum, sumat saepe ʒß. præsertim mane & sero.

Syrupus limonum mixtus cum syrupo gariophillorum præberi potest vel per se, vel commixtus cum possetico liquore claro.

Elixir cardiacum detur mensura cochlearis, detur præsertim superveniente defectione virium.

Hæc remedia cardiaca mittenda censui, Interim tibi licet alijs remedijs uti, prout usus & necessitas & symptomata postulabunt. Nil sine divino auxilio profutura sunt humana remedia. Vale. T. H. Ashburn.

K.

XXXVIII. Pro Domino Louick.

Ex omnibus intrinsecis causis quæ ad affectum capitis præter naturam generandos conducunt, potissimæ sunt ventriculi imbecillitas, atque hepatis caliditas: Cruditates enim ventriculi communicantur cerebro, ut & acres ex hepate æquo calidiores vapores, atque hinc cerebri intemperies; Pituita enim salsa de qua conqueritur Dominus generatur aut putrefactione, calore nempe præter naturam absumente partem ipsius aqueam, & ustâ quodammodo parte crassiore, aut mixtione excrementi salsi serosi. Priori causæ salsuginem adscribendam censeo tum propter jecoris intemperiem, tum propter insignem capitis dolorem. Vix enim mihi persuadere possem admixtione serosi humoris admodum exacerbari genuinam pituitam ut ejusmodi producat effectus. Velim itaque ut Dnus habeat rationem præcipue hepatis post vacuationem generalem, & diætam servet competentem. Hanc autem comprehendunt sex sequentia 1. Aer sit purus & refrigerans 11 cibi sint humectantes & refrigerantes modo stomachus probe concoquat; sic laudatum lactucas jus[c]ula cum cocta sit endivia cichor: lactucæ &c. Carnes potius elixas quam tostas commendo Vinum maxime no-

ximum censeo III Somnum nocturnum longiorem probo IV Exercitium moderatum consulo absoluta digestione vel ante cibum, violentum fugere jubeo V. Alvus sit libera quantum fieri potest naturaliter. Pharmaca valide purgantia fugito, & sanguinem phlebotomia copiosum nunquam extrahi sinito. quia cum frenum sit bilis timor esset ne effrenata illa difficillime compesceretur VI. Hic denique animi passionibus locum negato.

Pro generali evacuatione valebit hic potus. ℞ Scheclechi ʒiß Spicæ Indicæ ℈j Incidantur minutim terantur & infundantur per noctem in s. q. aquæ stillatitiæ endiviæ: pro ℥iij. ℞ Huius Colat: ℥iij Syrup: rosati comp: cum agarico: ℥j Pulv: nostri phlegmagogi ℈ß Sirupus calc. q. ij M.

Interjecta unica die ratione capitis dolentis, cape alternis noctibus ad absolutum numerum, tres pilulas cephalicas nostræ præparationis.

Sin vero dolor capitis non intermiserit sequenti linimento tempora & frontem hora somni inungito. ℞ Unguenti Alabastrini ℥j Populei ℥iij Ol: chamomelini ℥jß. f. linimentum.

Quod si scabies eum divexet pruriginosa eam hoc linimento curabis. ℞ Unguenti nostri contra pruritum ℥iij florum sulph: ℈j Vitrioli albi ʒß cum s. q.

olei amygd: dulcium ℥i fiat Linimentū.
Nocte iturus cubitum iunge partem superiorem nasi inter oculum utrumq; hoc unguento. ℞ Adipis anserini. Olei amygd: amararq; ā ʒß ℳ.
Mane intra nares attrahe hunc succum ℞ Betæ Majoranæ ā ℳ. j. Contundantur & admixto pauxillo aceti exprimatur succus qui actu calidus per nares attrahatur.
Quod si iste succus parum faciat decoquatur agaricus cum modico Zinziberis in aqua hordei addita majorana & pauxillo oxymelitis, & attrahatur per nares.
Faxit Deus ut medicamentis non egeas, vel si tibi necesse sit idem Deus qui vires illis suas dedit ea tibi prosperet.

XXXIX Status Nobilissimæ Dnā Annæ Mallet delineatus 26 Sept: 1631.

Cum antè menses plus minus quatuor vocarer in consilium ut manus adferram auxiliatrices huic ægræ, sententiam meam super ejus statu scriptis exaratam reliqui ejus medico assistenti Dno Denton, qui tunc mihi assentiri videbatur, præscriptamq; a me therapeiam se ante meum adventum inchoasse asserebat, Sed nescio quibus motus rationibq cum discessissem ad alia, scoposq; curativos a meis inter-

trombus, diversos se diversis. Instituetam enim ego curam maxime lienis & hepatis, illius obstructi, hujus vero præter naturam æstuantis; sed ille provocavit salivationem munitione artuum linimento aliquo; Quid ipse senserit, qualeve hoc fuerit linimentum quivis emunctæ naris facillimo negotio subolfacere potest. Suspicione enim morbi Indici inductus a mercurialibus non abstinuit donec salivationem induxisset. Fuit autem sententiæ quo minus calculum adjiciam cuivis patebit, vel mediocriter tantum in re medica versato ex collatione symptomatum Nobilissimam ægram lacessentium cum signis pathognomonicis morbi Indici. Conquerebatur enim illa de papulis in diversis corporis partibus erumpentibus à puerperio & ab illis liberari postulabat. Vocabar itaque in consilium primus ego. sed ita intricatus eram tunc temporis negotiis ut apud eam morari ~~[illegible]~~ nequiverim. Postea Dominus Denton accersebatur; Ac denique & ego illi jungor; Ubi quam syncere egerim testantur à me consignatæ tabellæ ad quas veritatis avidum relego. Ita est ut conjicere nequeam quo argumento raptus fuerit in tam sinistram opinionem, nisi papulas hoc satis superque indicare, statuerit. Verum cum illæ fuerint sine capitis

dolore invalescente præsertim hora somni & nocte, sine tibiarum cruciatibus, sine nodositatibus cranij vel crurum, sine pustulis in fronte, sine antecedente gonorrhæa, bubone, vel muliebrium vitio pathognomonico, vel invitus ab eo dissentire cogor. Dolor scapularum levis & obtusus destillationem potius delabentis catharri à capite ad humeros indicat quam morbi suppositi offensam, præcipuè cum idem sit semper noctuque diuque. Let autem quid & mihi videatur super hisce papulis, alijsque de quibus anxius censet conqueritur ægra nostra, quam possum clarissimè perstringam; altius omnia inspicienda veniunt. Lienem obstructum illi fuisse jam à multis annis dolor gravativus hypochondrij sinistri in hunc usque diem continuatus & ante mattinorum exortus satis convincunt: Et cum ab ejusmodi obstructionibus vitiligines morphæam leprà elephantiasim (& papulas Hippocratis, Plinij, Galeni, Celsi) ortum ducere medicinæ principes statuerint: an nos has præsentem ægram infestantes sine manifesta causa excludemus? Imo aurium tumor post absolutum cursum quem ultimo subijt therapeuticum, nec non pustulæ

renascentes cum viscida aqua illis inclusa, & in scabritiem abeuntes, lienis non probè repurgantis chylum vitio has oriri, satis evidenter demonstrant. Præterea sanguis jam à quatriduo ab assistente medico ex basylica emissus floridus & purus omnem ejusmodi vel levyssimæ labeculæ suspicionem mihi adimit, quam ille prætendit. Sed totum acceptum refero segnitiei lienis, nec non intemperiei calidæ siccæ hepatis, quod æstu suo avidius ad se rapit chylum impurum, elaboratoque sanguine natura has fæces ad cutem protrudit. Hepatis æstum indicat calor præternaturalis volarum manuum & plantarum pedum præcipuè noctu invalescens, ægramque præter modum infestans: Siccitatem verò parenchymatis, fissuræ pollicis & indicis utriusque manus in eorundem digitorum apicibus, nec non plantarum pedum, conspicuæ. Fuit autem hepar mirificè labefactatum tunc cum variolis laboraret, cujus substantiam iisdem inquinatam fuisse suspicor, tum quod hoc aliquando contingere testentur Fernelius & Riolanus, tum quod nunquam ab eo tempore ita benè se habuerit, tum quod in primo a variolis puerperio primâ vice

hæ papulæ Dominam infestarint. Liene itaq; & hepate ita affectis mirum non est si caput à vaporibus obnoxium sit, ac proinde partes sibi subjectas vuta humeros destillationibq infestet. Curabile quidem malum esse ratione ætatis & vigoris huius ægræ spero, sed quod artificis opem & industriam nec non ægræ obtemperantiam requirat assero. Difficultatem enim parat lienis remota statio à q commum via qua medicamenta transigunt, nec non hepatis siccitas, quæ difficilius corrigitur, quia succum proprium & convenientem parti arescenti restituere insignem poscit naturæ industriam, & medici vigilantem operam. Consulerem itaq; ut præmissis medicamentis benigne purgantibq si opus sit, omnem lapidem moveret assistens medicus quisquis ille fuerit, ut obstructiones lienis inveteratas tollat, æstum hepatis convenientibq humectantibq & refrigerantibq castiget; siccitatemq; visceris balsamica virtute pollentibus, placidam humiditatem sic inducendo, corrigat. Ridiculum foret si longa medicamentorum serie, atq; satis nota, quippe quorum formulis auctorum libri saturiunt, nauseam pararem. Meo officio fungor

dum affectas partes indigito, & exinde intenti:
ones curativas colligo; Sufficiat itaque hoc addi:
disse me, Curam specificum splenetiis & hepati:
cis colophonis ergo ad mensem continuatis ad
minimum absolvendam. Faxit Deus ter Opt:
Maximus ut ægra hæc inculpatæ restituatur
sanitati
Imperavi itaque illi ut sumeret singulis aurora:
electuarij subscripti quantitatem avellanæ, & tanti:
dem quarta pomeridiana cum moderato exercitio.
℞ Conservæ radicum chichorei ℥ iij. Florum ca:
lendulæ, Verbasculi odorati ana ℥ iß. Cortic: cap:
tamarisci pulveris: fæcul: aaronis, bryoniæ,
cristatiq; tartari ana ℨ j. Diarrhod: Abbatis ℈ ß.
Cum s. q. syr: adianthi M. f. Electua:
Jussi præterea ut huic insideret balneo vaporo:
so fluentibus mensibus ad liberandum uterum a
mucositate qua ingurgitatur.
℞ Foliorum artemisiæ, tabsi barbati, sambu:
cum, Chamædrios, pulegij ana M. j. Fol: lauri
m ß. Florum chamomæli, meliloti ana p. iiij
Seminum cymini ℥ iij. Incidenda incid. & contund.
confundantur, & coquantur in lib. iiij vini albi
pro balneo vaporoso, cui insideat mane & vesperi.

XL. Status Nobilissimi juvenis Dni Johannis Guise. 13. Nov: 1626.

[V]isitandus mihi obtigit, viri Excellentiss: consultiss: simiqz, Nobilis juvenis annorum circiter viginti quinq; qui & antehac ob eundem affectum se curæ nostræ submiserat, Ubi tunc temporis ex rite administra: tis medicamentis felici successu pristinam recupera vit valetudinem. Cum autem circa autumnum af: fectus novis insultibus recraduisset, & post empy: rici administrata medicamenta invaluisset demum accersitus fui. Verum rem tam ancipitem vix sus cipiendam statui nisi quæsito prius consilio me: dicorum clarissimorum quorum opem in statu præ: senti imploro. Affectus qui Nobilem juvenem detinet Melancholia est, seu Morbus ut cum Gal: so loquar atræ bilis denominatus scilicet a causa nempe humore vel vapore melancholico mentis sedem occupante, spiritusqz animales alterante & obtenebrante: Læditur autem in hoc ægro ut in pleriqz alijs hoc morbo correptis imaginatio, quæ dum rationem perturbat, impedit quo minus hæc satis dextre suo fungatur munere. Memoria quoqz illi æquo imbecillior, sic ut mentis conceptiones in discursu familiari non absolute exprimere valeat: sed multo plura re:inquit sub colloquentibus intelligen:

da. quam ejus verborum series significare posset. Constitutio vero & temperamentum ægri, ut nostis, quantitas item & qualitas humoris & vaporis melancholici variant hæc deliramenta melancholicorum varijs modis: Nam sicuti vinum potantium moribus, ita melancholia se ægrotantium constitutioni plerumque accommodat, & pro diverso vitæ, curarumque genere inexplicabiles imprimit ideas. Hæc autem ascititia intemperies frigida sicca cerebri cum spirituum opacitate caussata succo vel vapore fæculento & atro nec subito invadit, nec affatim solvitur; Successu enim temporis opus est priusquam fuliginosa hæc opacitas possit absumere, vel prorsus immutare spiritus animales & vitales (cor enim hic quoque compati nemo negabit) natura sua aëreos, calidos, humidos & lucidos; qui magis vel minus caligine offuscantur pro particularis malignitatis & venenositatis huius humoris intensione. Putandum vero cerebrum affici hic quatenus est pars similaris mutata scilicet ejus temperie & spiritibus inibi contentis versa versus frigidum, siccum, & opacum: Nam ut Hippocrates inquit si in cerebri corpus melancholia repit, & ibi obstructiones causat, Epilepsiam. si vero in mentem seu animam hoc est temperiem cerebri &

spirituum mutat melancholiam creat. Hinc melancholici sæpe fiunt epileptici & contra. Difficultatem arguit humoris pertinacia, & ægrotantis nostri recidiva, vel quod fomes mali prorsus non fuerit sublatus, vel quod, ut opinor, prava diathesis cerebri & partium inferiorum materiam novam suppeditantium eundem morbum denuo produxerit. Pejori in statu æger noster nunc est, quam erat vere ultimo elapso, sive id fuerit tunc temporis propter aeris clementiam; sive propter therapeiam methodice institutam, sive propter mali initium, quod jam altiores egit radices, sive denique propter omnia hæc simul aliis perpendendum relinquo. Illud tantum subjicio. Causam me putare antecedentem succum melancholicum ejusque vaporem atrum vel immediate in ipso cerebro residentem vel in liene & meseræo generatum & toti corpori communicatum: Continentem ipsam cerebri & spirituum intemperiem. Procatarcticam vero (præter constitutionem biliosam calidam siccam (Ruffus enim est) quæ superassatione facillime degenerat in atrabilariam frigidam & siccam) amorem impotentem quo perdite deperibat ante biennium virginem quam pro conjuge optabat. Rebus non succedentibus

ex votis paulatim ægrum nostrum invasit taciturnitas, desiderium solitudinis, risus frequens sine causa. Jam vero inordinata & male cohærentia aliquando loquitur, & sæpe sermonem non persequitur. Dormit ad horas 8 vel 9 singulis noctibus. Cibum avidè deglutit. Bibit largius cuiè & sæpè in cœna & prandio. Graviora veremur symptomata; Omnia quidem adhuc benigniora, ita tamen ut indies ingravescant potius quam declinent.. Ab Empyrico administrata illi fuêre vomitoria, cathartica, clysteres quotidiè ferè spaio quinque septimanarum, nec non errhina, sternutatoria, apophlegmatismi; Sanguis atque ex basylica dextra emissus; Et quid nō! Multa profecto sed sine ullo emolumento. Ego enim ut liberè dicam quod sentio, existimo empyricum illum ægro meo obfuisse quam plurimum partim dum incautè administratis validis cathartiis humorem serosum eduxerit, relictis viscidis & melancholiis succis, ut ex præcipitatis purgationibus in hoc morbo plerumque accidit,—partim quod animadvertere non potuerit causam præcipuam morbum foventem toti massæ sangui:

neæ perfusam esse quemadmodum plethora & cura prior qua restitutus fuit testantur. Cum autẽ melancholia diutius protracta ex superassatione Apoplexiam, Epilepsiam, Convulsionem, Cæcitatem & furorem cum febre hectica non absimilem producere valeat, satius statui quo me à calumnijs liberarem alios in consilium vocare quam propriâ industriâ solus ejus curam suscipere. Si vobis itaqꝫ visum fuerit, viri Excell. post præparationem humoris peccantis in meseraeo stagnantis, saburram inde iteratis vicibus paulatim evocare, & tunc relicta basylica sanguinem, apertis hæmorrhoidibus cum hirudinibus, duplici ratione evacuationis scilicet & revulsionis emittere, tandem quoqꝫ particularis derivationi, vel apertâ venâ frontis, vel cauterium imprimendo ad suturam, vel nucham, vel musculum deltoidem in alterutro brachio studere. Ac demiqꝫ curam absolvere Electuarijs & julapijs specificis constitui; Ita neglectâ interim convenienti præscriptione observanda in usu rerum vulgo dictarum sex

non naturalium. Hæc sunt quæ censuræ vestræ viri Excellentissimi subjicienda putavi; Obnixè rogans ut mihi opem vestram largiri velitis.

Valete. Vestræ Humanit: Obs. S.B.

XLI. Literæ Dni Doctoris LapWorth super statu Dni Scudamor. 10 July 1627.

Literæ tuæ (Suavissime & Dilectissime Baro) me invenerunt negotiorum turbine, visitantium turbâ, & corpore non benè (sed nec male) valenti oppressum obrutumqꝫ. Spatium vix datur ad cogitandum, certè ad scribendum nec otium conceditur nec facultas.: Scribo tamen ne tuos negligere amores clientisqꝫ nostri causam parum respicere censeat. Scribo etiam ut tu scias quam parum-quam nihil tuo progressui nostra addat facultatula. Placet actorum forma & ratio, & non fallit nos successus. Leviora enim mala sunt, quāvis non omnino nulla; at nec expectatio est nullitatis durante pharmacorum usu. Sit jam à medicamentis (si placuerit) cessatio, ut quid valuerit prior medicina innotescat. Tempus anni suadet & ingruens canicula urget abstinentiam. Hoc tamen moneo vix aliquando contingere ut morbi

tam chronici non relinquant post se suspicionē scorbutici alicuius affectus. Et novit Dominus q familiaris sit lieni sceletyrbe. Quid igitur agendum (nostra nisi erret opinio, quae simul vestrae concors est) manifestum puto. Usus succi cochleariae in decocto aperienti medicamentum est idoneū. Quae omnia aperiunt & malignitati resistunt tuta sunt; salubria sunt; & agrimonia, nasturtium becabunga, cichorea &c non levi opere suam adipiscuntur gloriam. Usus succi limoniorum celebritatem habet. Et haec sunt medicamenta huic anni tempori consona. Si quid velis chymicum tuum sit: Non enim placet medicamentum imponere cuius vis ignota fuerit praesenti medic., & varia elaborantium & operatorum praeparatio transfert saepe medicamentum hoc in illud. Scopum habe, & partem viae, Itineris electionem tuae curae committo quem novi & gnavum & gnarum, & cui, dispeream, nisi gaudeā clientum meorum valetudinem concedere. Age, te virum praestes, & medicum ut soles aestimationis tuae & meae memorem. Symptomata, imo symptomatum syndromè evanescet (nisi fallor)

sublato pri-

sublato principe. Sic est (vir spectatissime) ulterius ut scribam scio non esse opus, mihi crede vix est facultas. Excusatum igitur me habeas apud te, & apud clientem nostrum cuius salus apud me semper foret chara. Illi tibi meus amor prostat. Hæc quæ legis, tua puta; accipe, excerpe, quicquid arrideat vel displiceat. Eum tamen semper amplecti ne graveris cuius studium foret se agnoscere Tuum

Ed: Lapworth.

XLII. Pro Domina Copa.

Nobilissima hæc Domina annorum circiter. 58. antehac paralysi scilicet ante biennium la:bij superioris correpta fuit, & tunc mea opera optata fuit restituta incolumitati. Ne autem phlegmatis & succi melancholici copia obruatur, prophylaxeos ergo capit pharmaca ut sibi consulat. Vocatus itaque ad eam hoc autumno circa 20 Septembris exhibui illi itaque prima die potionem cum manna ex theca vulgarem atque inde octies secessu exclusit saburram viscidam fæculentam & lentam ductilemque præter expectationem. Imperavi illi præterea ut ca:

petet singuli aurores & horâ somni quantitatem avellanæ. Ac sic vocatus ad alium ægrum eam reliqui.

℞ Conservæ borraginis, anthos. betonicæ ana ℥j. Castorei ℈j. Spiritus sucini g. 6. cum ℥j. syrupi de betonica. M. f. Elect.

XLIIII. Consilium datum Domino Bischop in præcautione affectus scorbutici

Laudare satis nequeo Domini curam quam habet valetudinis quâ motus rogavit me ut præscriptiones nostras sibi relinquerem; Et ecce quam libentissimè annuo votis tuis originem ducendo ab opinione mea super morbi tum causâ tum exordio. gravissimum enim morbum esse, siquidem frequenter variis lancinationibus corpus & ventrem veluti affecto ex cruditate ventriculo dissecat & discindit, manifestius est quàm ut prolixâ egeat demonstratione. Quod autem Dominus hos intollerabiles, qui morbum comitantur plerumque cruciatus nonperhenserit, illud attribuendum censeo curæ illi quam habet in occurendo illis. Nec est quod vereatur Dominus recidivam, cum radicitus morbum evulsum esse certis rationibus inductus mihi persuasum habeam. Originem huius mali statuo tum aërem

crassum, frigidum & humidum Belgij, tum vel maxime aquas frigidas, crudas, & subsalsas quibus in illis locis coquuntur quotidiana edulia. quibus addo Domini temperamentum melancholicum, & tam difficilem alvi evacuationem qua vapores putridi detenti sursum lienem petunt. unde memori corruptio & sanguinis in eo contenti inspissatio quam necessario comitantur obstructiones, præcipua huius morbi causa. Periculum autem omne Deo favente declinabis, si probam victus rationem serves, hanc autem absolvit sex rerum non naturalium vulgo dictarum legitimus usus. I. Aerem itaque humidum frigidum, & nebulosum quantum fieri poterit vitato. II. Victus ratio illa bona est habenda quæ neque in qualitate neque in quantitate peccat. Parce admodum carnem bubulam edito. Vinum præcipue vaporosum fugito. Cibos boni succi & concoctu faciles eligito. III. Somnum diuturnum fugito, nec octo horis nocturnus sit brevior nec novem excedat. IV. Omni exercitij genere te exercitato habita tamen ratione ventriculi qui non debet esse plenus. V. Quotidie alvum ad minimum semel exonerato. & si natura segnis sit in hoc munere obeundo, eam stimules etiam viribus conatibus, præsertim post exercitia ad lassitudinem usque & levem sudorem-

continuata; quod si nec tunc beneficio hoc frui pos-
sis, frustulo candelæ vulgaris sphincteri intruso se-
dem provoces suadeo. Continuum enim medicamentorum
usum maxime improbo. VI. Et demum ab omnibus ani-
mi passionibus quantum fieri potest immunis esto.
Iam ad rem si imposterum Dominus aliqua huius morbi
sentiret prænuntia ut illis hoc modo occurrat suadeo,
occasio enim præceps est. Vesperi circa horam pomeri-
dianam injiciatur clyster ad aperiendam viam hæmo-
rrhoidibus sequenti die egressuris propinata potione cuius-
ter hic sit vel similis. ℞ Malvarum parietariæ
Mercurialis ana M. j. Seminum anisi, fœnic: ana ʒiij
Bulliant in s. q. aquæ ad consumptionem dimidij.
℞ Huius decoct. lib. j. benedict: laxat: electuar.
de succo rosarum ana ʒiij. Oleorum sambuci ℥j. Comm[illegible]
M. f. Clyster. Deinde sequenti die sumas hanc pot[ionem]
℞ foliorum sennæ succo limonum irroratorum ʒiij.
Rhabarb: electi ʒjß. Cariophil: n.° ij Cinnamo: ℈j
Infunde per noctem in cineribus tepid: in aquæ stil[latitiæ]
florum buglossæ, endiviæ ana ℥iij. Mane fiat ex-
pressio & colaturæ adde syrupi rosa: laxativi ℥j
syrupi limonum ℥ß. M. f. potio sumenda in aurora
Hactenus de vacuatione generali qua viam aperui-
mus medicamentis obstructiones hepatis & lienis
corrigentibus. Pro quo præstare potum sequentem ex-
pertus sum.

℞ beccabungæ nasturtij aquatici, cochleariæ ana M. iij Contundantur probe in mortario marmoreo, exprimatur succus prælo; Seminum erucæ, Radicum siliorum ana ℥ß. zinziberis ʒij, piperis longi ʒß. Contundantur separatim. deinde succos inde vasi cum speciebus, & eis affunde vini oligophori lib. bj. Stent in infusione per 24 horas, postea coletur per manicam Hippocrat: Dnus accipiat haustum unum huius potus mane horâ septima, alterum horâ quartâ pomeridiana, continuando potum hunc ad 5m. vel octo dies. Ac demum Dnus poterit addere colophonem curationi. resumendo (absoluto potu) medicamentum purgans supra descriptum. vel talem pulverem.

℞ foliorum sennæ Alexandrinæ ℥j. Epithymi ℥ß. Cristallorum tartari, cynnamomi. gariophillorum, galangæ. seminum anisi ana ʒj. Pulveris diatartari: Dnus M. f. pulvis impalpabilis. Dosis sit ʒj. Velim autem absoluto opere Dnum probe observare urinam sequenti die post sumptam ultimam purgationem. quæ si turbida fuerit potus medicatus ex cochlearia, nasturtio &c. denuo repetendus; Sin vero bonæ substantiæ & coloris cum laudabili sedimento idest albo levi & æquali; curationem esse absolutam existimes. Interim tamen Dno conservam cochleariæ mane & vesperi quantitate nucis myristicæ sumendam commendo.

XLIII. Consilium super statu delirantis famuli mihi missi ab hero suo 5. Decemb: 1623.

Vix duas hic absolverant septimanas, Clarissime Dn̄e Doctor! ab adventu meo ex Academia nostra Oxoniensi, ex qua me huc vocaverat Doctissimi D. utile consilium, cum famuli tui soror lachrymis delirante ex marito fratri opem ferrem me veniret rogatum. Quare ægrum statim visitavi, curandumq; lubenter cum suscepissem gratis, si rerum penuria impediretur quo minus medico suo sostrum solveret. Tunc frater ejus literas tuas mihi obtulit legendas, quibus pietatis & Christianæ charitatis emolumento dignum quidem censes, quicunq; hunc ægrum restituere velles. Verum ingenue fateor admirationem meam statim subijsse mentem, quam primū absoluta literarum lectione, nullam de remunerandā medici diligentia ex tuis partibq factam esse mentionem observassem; æquum enim & decorum statuens si tuis incedentibus vestigijs debito aliquo præmio calcar addidisses; nec ad benevolentiam famulo tuo præstandam meam manu peregrinum hortatus fuisses. Pauperibus ultro meam operam largior, certa hac spe fretus Christum istos meos labores infinitis benedictionibus recompensa:

rurum; ac proinde quod & huic ægro tuo famulo Deo favente sanitatem pollicitus fuerim ipse mihi testis erit. Remitto eum jam ad te sanitati pristinæ a morbo mœrore & terrore plenissimo, restitutum, eumque beatum prædicare ausim quod tempestive me consuluerit; si enim fixam iste affectus habuisset sedem, altasque egisset radices, difficillime ægrum deseruisset, priusquam vestigia & characteres quosdam indelebiles impressisset. Et ut curiositati tuæ si quam habes Doctissime D. D. super morbi causis ex parte satisfaciam, paucis hisce eas sic absolvo. Morbus erat ut quivis vel levissime in arte versatus facile ex symptomatibus conjicere poterat intemperies meningium cerebrum involventium. Causam procatarcticam indagare exacte non potui, eam autem puto diætam forte temperiei ægri minus convenientem; Ex complexione autem qua illum temperamento calidum siccum statuo, hepatis intemperiem calidam, sanguinem adustum causam continentem istius affectus præternaturalis suppeditasse non est quod dubitem; Inde ex circulatione sanguinis illa portio ad meninges delata, eas sua acrimonia velliare cœpit, atque hinc tota delirii scaturigo. His addo quod cum morbus

chronicus sit recidivæ periculo non prorsus vacat. ac proinde illi sis autor velim ut competentem quantum potest observet diætam, noctesque nunquã transigat insomnes. Hasce vero si sanus transegerit sequentes tres periodos, mensem Martium, Dies caniculares & Autumnum proxime insequentem, non erit quod metuat ullam noxam: Sin vero aliquo illorum temporum maniæ se aliqua in eo prodant symptomata eum huc vel ad me, vel ad alium curandum statim remittas consulo. Hæc sunt D. D. D. quibus benevolentiam illam & Christianam charitatem ad quam me hortatis tibi testor. dum quomodo ipse a periculo tutus inposterum esse possit, doceo: quid autem illi præstiterim hoc ejus committo enarratiom. Interim vale & quæ subito calore effudi relegere ne dedigneris rogo

J. H. Observantiss: S. B.

XLIV. Literæ Dni Doctoris Winstony super statu Clientis mei.

Good Mr. Hemmings I have read over your sons case sent you from Oxenforde, and I am glad he is fallen under the care of a gentelman so painefull as I perceave his physicion is, and so desirous

to geve helpe; For the disease which I gather out of the relation[a], is swellings about the eares and littel pustuls in the eye browes and temples, but whether these swellings did follow an ague or no that he expresses not, it should seeme they did not, for that a simple plaister did spent the at first and did supputat them.[b] so that it seemeth they are not deepe nor of anny could and dull humor that we would feare the Kings evill, but rather of a moist humor, for the pustules in his temples being they are moiste there is no greate consideration to be had of them;[c] and for the use of mercuriall waters by all meanes he must avoide them as the most dangerous to the braine and nerves; I like well the course the gentelman propounds of purging with benedict medecins, and the use for 20 or more dayes of a dyet drincke that may be of lignum sanctum and salsa parilla and with som of these, which we call cichoracea. But for his exsiccative fumes, I pray entreate him to forbeare them. for if they be not mercuriall they will do no good, and if they be in so slender a case as this is, why should there be so dangerous a medecin used. Sr. if it please

you it will not be amisse, to aduise the tutor of your sonne, to joine Mr Doctor Ashworth with your sonnes physicion, that is our fashion here in London, to joine two or three or more. But if you have Mr Dr Ashworth such an honnorable and worthy opinion. we have of him here in London, that you can not do better, because his yeares and employments will not geve him leave to attende dayly, therfore let this other gentel. be retained for a daily care of your sonnes health which I pray God geve and so I rest Your very louing frend.

Thomas Winstone

Gresham collecge 21 May 1623.

Male percepta sic castigata remittebat. a. Sub auribus circa cerebri emunctoria. b. statui in consilio misso pustulas ex materia biliosa & melancholica constantes, tumores vero, œdematosos; non œdema sed mixtos tumores ut patebat ex materia suppuratione absolutâ effluente, & quorundam per insensibilem transpirationem dissolutorum, ita ut timor sit nisi rei cura habeatur, ne dum natura materiam noxiam in emunctorijs proprijs protrudit atque sufficiens est dissolvere portionem subtiliorem insensibiliter crassiorem suppuratione

excludere, successu temporis nodulos scirrhosos difficulter discutiendos post se relinquat, atque inde videmus plerumque scrophulas & cancros scaturire, ita ut mirum non sit, si ejusmodi periculi suspicio oborta nobis sit; Talia enim cum accidunt etiam in ultima senecta cito nimis patienti torturam adorant. c. Hic sensum nostrum non percipis D.D. Doctor ut patebit ex collatione literarum tuarum cum nostro consilio. d. Haec è diametro sententiae nostrae adversantur.

XLV. Vindiciae consilij nostri perperam intellecti à D. Doctore Umstonio literis ad eum datis delineatae. 28 Maji 1623.

Non levis, Consultissime D. Doctor subit animum meum admiratio quod lecto annotatoque consilio nostro continente explanationem status morbifici Dominae Meminge in plerisque tamen sententiam nostram vix assequutus sis, in alijs vero prorsus in contrarium sensum rapueris. Quod innumeris tuis quibus procul dubio in munere publico intricaris occupationibus praeter operosam quam facis medicinam, attribuo, quibus ita distraheris ut vix integrum tibi fuerit

legere, nedum relegere judicio tuo commissum consilium; Dum enim dissuades lotiones mercuriales easque evitandas cane pejus & angue consulis, videris vereri ne iis consultum esse patienti crederem quod quantum menti nostræ contrarietur evidenter satis demonstrat latum judicium super prima causæ affectionis huius præternaturalis origine; si enim probe memineris fuco illo (satis alias Londinensibus mulierculis venustatis affectatæ studiosis familiari; conflato ex Mercurio & aquis abstersivis, quo mater juvenis, cum tenellum sed à sole adustum lavit) totam mali causam apertis verbis attribui; quorsum igitur tua ejus usum omnimodo mihi vitandi cautela, unâ cum incommodorum nervos & cerebrum infestantium inde serie. His addo quod me rogatum vis ut prorsus abstinerem à fumigationibus post generales & particulares evacuationes præscriptis, ad exsiccandas reliquias humiditatis excrementitiæ cerebri & meningum; hisce inductus rationibus; Aut inquis illæ erunt mercuriales aut non, si prius noxiæ, si posterius inutiles. Imo liceat mihi & hoc addere si prius lethales; si posterius non modo utiles sed & necessariæ, quippe sine quibus colluviem istam eiectam redituram suspicarer. Priores lethales esse praeter

quotidianam experientiam ratio evincit; quod & ipsi rudes imperitique Empyrici norunt, qui fumis ex cynabari excitatis in dissolvendis tophis venereis utuntur: maxima cum cura ne vel pulmonibus, vel cerebro, vel utrique damnum inferant: quod si illi aegris caput circumtegant ita, ut nec ipsum os exstet, digni sunt mehercle qui vapulent, quod temerariis animis de corio humano ludentes per mortes hominum aut affectiones ipsa morte pejores medicinam facere ausint. Antequam vero suffituum nostrorum patrocinium suscipiam, eorumque usum probem, ex quibus constiterint habe. Volebam ut linteo capiti injecto exciperet fumum, ex mastiche, sandaracha, olibano & succino contusis ac prunis injectis, eodemque capitis operimenta medicata redderet, quod utrum melius sit futurum emolumenti in tam leviusculi secundum te morbi finienda cura, is judicet, qui novit summo cum commodo Epilepsiam, & catarrhos tussim ferinam causantes aliosque capitis morbos patientibus administrari. Immo vix credo reperiri ullum praesentius remedium ad spirituum viam referandam cum paroxysmo aguntur miseri caduci. Gratias interim ago maximas quod tuo consilio nobis

prodesse non fueris dedignatus, quo utemur non neglecta sedula inquisitione de aliorum doctissimorum Clarissimorumque Doctorum sententia; Dni Doctoris Ashworth praecipuè nisi peregrè profectus esset, cuius vices interim ut obeat Doctissimus D Doctor Clayton & alij de re medica bene meriti rogabuntur. Et obsecro te Consultissime D. D. nè aegrè feras, quod liberiori calamo quid ominer delineaverim; Sic enim bonae famae, quam caeteris omnibus praefero, consultum puto, dum ea quae ratio dictitat & ars docet facere satago, reliqua etiam imposita veluti bono medico ignominiosa rejicio. Vale. C. D. D.

Tui observantiss. S. B.

XLVI. Pro Nobilissima Dna Jordan.

Cursum illi injunxi 3. Octobris 1631 praescriptum pagina huius libri quarta & ora[illegible] ... purgatione dejecit sexties cum singulari euphoria, nisi quod interdum ventris tormina a flatu orta eam aliquando turbarent ante dejectiones. Sequenti die purgatio novem secessionibus absoluta fuit. Ac deinde eam reliqui in diaeta [illegible]

ata cum potu diætetico sumendis ad aliquot septimanas; Medicamentum vobis rescribendere intellexi per literas 15.o huius mensis exaratas. Petiuni tertio ut sibi mitterem medicamentum aliquod dejectorium ad auferendas crudi[illegible] reliquias. Misi itaque illi has pilulas quarum caperet duas bis terve in septimana pro ut opus fuerit.

℞ Extracti nostri rosati ℥ ij. Rhei pulv: ʒß. M. f. Massa.

XLVII. Pro Nobilissimo Domino [illegible]dgman 14 Octob. 1631.

Prophylacticos ergo repetere cœpit cursum pagina prima delineatum & ab epoto pharmacio præparatorio dejecit sexties, sed sequenti die ab assumpta potiuncula validiori, quæ antehac solummodo novies operari solebat, dejecit decies & ter, cum singulari tamen euphoria, & omnia illi placebant, verum copiosæ ejusdem evacuationes in sexagenario mihi non arrident, quod non raro hepatis parenchyma debilitent. Ideo moderatius agendum proxime vere statuo.

XLVIII. Pro Domino Thoma yatworth.

Virum hunc annorum circiter 54 complexione melancholicum ex symptomatibus sese prodentibus reperi calculum habere impactum in renibus, ex intemperie hepatis calida, & frigida ventriculi, quam proscuta apepsia & periodica anorexia. Urina cruenta, crassa & ex nigro rubra calculum attritu suo continui solutionem jam ab annis quinque in renibus causasse ex aegri relatione statuo. Ipse interim ut sibi consuleret diversos invisit medicos, eorumque consilio exiguo cum successu usus fuit toto isto temporis curriculo: Jam cum & me consuleret inspecto lotio dixi illi ne omnibus numeris absolutam curam non expectaret, palliaturam me quidem sperare & eam ut assequatur hisce constitui uti remediis.

Prima die sic praeparentur humores. ℞ Mellis rosacolati ℥iij Cristall: tartari ʒj. Magisterij nostri tart: ℈ij, Aquae decoct: passul: & cynnam: ℥6. M. pro ii: abg dosib. capiat unam in aurora alteram vesperi.

Sequenti die repurgetur medicamento benedicto.

Tertia die aperiatur basylica dextra ad ℥6.

Quarta & quinta die capiat ʒiβ. piluarum sequ:

℞ Tereb. venetae lotae cu aq. plantag. ʒiij Resinae lati: cerae ʒiij. Cynnam: electi ʒj liquirit: pulv: ʒβ. Ceterach. virgae aureae ana ℈j M. f. pil.

Ac denique 5 gut: balsami nri juniperi: quot: umpsit in aurora cura colophonem ac et.

49. Status Nobilissimæ virginis Dominæ Elizabethæ Fleetwood 26 Augusti 1631.

Virgo hæc annorum plus minus 22 cachexia laborare ipsa facies prodit, Color enim qui antehac vividus esse solebat nunc [illegible] est. Suræ dolent illi præsertim in incessu, palpitatione cordis non raro detinetur, & jam solita privatur animi alacritate. Cum autem omnia hæc originem ducant ab obstructionibus lienis & mesaraï inde scilicet ab istarum partium evacuatione incipiendam curam statuo; In quem usum libenter rem vomitorio aggressus fuissem, Verum tonsillarum tumor & faucium levis phlogosis intentionem mutavit; Exhibui illi itaque 26 Aug: potionem subscriptam qua sumpta decies excrevit cum singulari levamine.

℞ Infus: purg: ℥iii Syr: ros: ℥iss Mannæ calabr: ℥ss. Spirus calc. g. iij. Rhei, pulver: [illegible] g. iiij M. Cap: in aurora cum regimine.

Imperavimus prætereà ut hoc gargarismo sequenti os ablueret tepido, & sic una ab- lucione a columellæ & tonsillarum in- flammatione prorsus liberata fuit.

℞ Gargarism: ℥iiij Aquæ Capitifol. ℥ß. Syrupi diamor. ℥iij M.

Cum autem ita liberata esset a gutturis & faucium dolore præscripsi illi 5 die Septembris hoc vomitorium.

℞ Vomitorij ℥iij Vini albi ℥ij Syrupi acetosi, de peto ⓐ ℥ß. M.

Unde evomuit quater pituitosa, viscida cum bile prasina, sed nihil dejecit ideo sequenti die imperavi ut denuo repeteret potionem supra præscriptam.

Jam ulterius inquirenti mihi an menses habeat pe- riodice recurrentes responsum mihi fuit eos stitisse jam ultima vice. Expectarat enim eos præterita septimana in vanum; Octiduum n: est à quo exspectata peri- odus sine mensium ullius vestigijs transijt.

Sequenti die itaque imperavi illi ut repeteret potionem, obtemperavit, visa fuit male habere post duas horas ab assumpto pharmaco, sed præcipue de ventriculi dolore conquerebatur.

Hb assumpta potione undecies secessu excrevit saburram phlegmaticam & melancholicam intra spacium sex horarum, cum singulari levamine.
Sequenti itaq; die ut caperet pilulam unam cachecticam alterantem & purgantem cum moderato exercitio, & aliam circa quartam pomeridianam cum simili exercitio imperavi, & hunc cursum continuandum reliqui ad mensem.
Continuato hoc cursu ad obsiduum navibus corporis εὔχρους floride genarum colore incepit apparere, ac sic cum parentibus profecta est Londinum.
Verum post tres septimanas ab incepto itinere de novo cepit conqueri de insigni hypochondrij sinistri dolore.

L Status Dnæ Bell delineatus
8. Septemb: 1631.

Finito puerperij mense ægra hæc annos plus minus 30 ita bene visa fuit habere, ut non modo cubiculum egrederetur sed etiam cum famulis œconomiæ curam susciperet; et cum illæ occuparentur in lavandis lodicibus ægra hæc manum immersit frigidæ antequam lochia in totum constitissent: cœpit itaque statim conqueri de rigore quasi per manum refrigeratam totum corpus pervadente: quem calor non diu post excepit præternaturalis. Cum autem malum incrementum caperet in dies accersitur Dns Willoughbeius die morbi quinta. Præscripsit itaque ille quæ calorem febrilem castigarent, non neglectis interim alterantibus & cardiacis. Vomi mali augmentum amicis & astantibus periculi majoris timorem incussit, quum ego vocabar in initio diei octavæ.

Pulsum reperi mediocrem, inæqualis quidem
erat sed non valde debilis, sine inter-
missione; urina, pauca, cruda, intensa,
alvus non segnis, non præcipitata, deji-
ciebat enim non minus frequenter fæces
naturalibus non absimiles multum, fœtor
tamen putredinem arguebat. Lypothymiæ
periculum & ægram & assistentes terre-
bat; insomnes duxerat noctes aliquot
vaporibus scilicet obliquis meninges fe-
rientibus easque lacessentibus; quare co-
muni consensu post initum consilium cu
D. Willoughbæo medico assistente aperui-
mus basylicam dextram & partitis vicib'
potius eventuationis quam diminutionis gra-
tia emisimus sanguinis circiter ℥iiß.
Cum autem noctes duceret insomnes,
hora somni hoc præscripsimus sumendum
pharmacum. quod
℞ Aquarum melissæ ℥iß Cardui ℥iß.

Syrupi papaveri albi ℥ß. rheados ℥ij
Extracti nri hypnotici gr. vj. Confectionis
alkermes ℈ß. M. Capiant dosin pulve-
ris alexicacii prius ex cochl. præscripti
julapij postea superbibebat julapij resi-
duum. Dormivit ad horas ut putant
duas; Hac nocte dejecit quater fæces
satis compactas. In aurora vero sedem
habuit vitiosam, putridam, fætentem, &
liquidam, cum lypothymiæ metu.
Præscripsimus illi itaque sequentia.
℞ Rasuræ cornu cervi ℥iiß. Eboris ℥j
Radic: aperientium ana ℥j. Santali citrini
rubri ana ℈j. Coquantur clauso vase
& bene lutato in aquæ fontanæ lb ij.
ad 1: rosarum rubrarum ℥iiij. Aceti vini
albi ℥ij. Probe coquantur ad gela-
tinam; absoluta operatione dulcoretur
s. q. sacchari optimi & sine refrigescere
asservetur in vase convenienti in capsu-
la urinalis sine concussione.

℞ Pulv. ntri febrifugi ʒiij
℞ Aquæ ntræ febrif: ℥j ß. Aceta:
sitidis ℥ß. Syrupi limonum aut succi
iæ; Cariophill: ā ʒiij M.
℞ Fol: cardui, febrifugi ā ʒß. tri:
turentur subtilis: & divide in 6 p. æ.
Paroxysmus aggrediatur eam circa quintā &
pomeridianam cum extremorum frigore in:
cipiente a plantis pedum & sensim re:
pente sursum totumq; corpus invadente
& non ultra dimidiam horam durante.
deinde calor præternaturalis succedens auge:
batur usq; ad auroram qui sudore de:
clinavit, sed debilitantem.
Dormivit tamen hac mane & somno refocilla:
ta fuit. Dejectiones habuit 4 a 7ma
matutina ad 12 fætidas, putridas, & bili:
osas. Liberatis uberibus a copia lactis &
sumpto jusculo dedit se rursus quieti.
Circa tertiam pomeridianam alligavimus utri:
q; carpo febrifugam pulticulam. pulsus tunc
post somnum erat moderatus, temperamentum

corporis laudabile, sed conquerebatur de oris siccitate. unde conjeci paroxysmum novo insultu negotium minari huic ægræ.
circa quartam cœpit conqueri de genuum frigore & tunc paroxysmi initium excepit calor non multum naturalem excedens: qui sensim invaluit usque ad ℥. Ante auroram levi sudore erumpente circa dextram capitis partem potissimum declinavit. sed conquerebatur de dorsi & humeri sinistri dolore. ideo
9. præscripsimus illi hoc linimentum
℞ ling: [illegible] Libanot: rosati ana ℥j oleum violac: Hyperic. chamom: ana ℥ss M. f. linimentum quo inungantur partes dolorosæ circa 2dam pomeridianam.
Cum autem insomnem duxisset noctem ideo non exhibuimus illi pharmacon dejectorium, quamvis concoctionis initia in urina id quidem suaderent, distulimus itaque hanc operationem in commodius tempus, & interim injecimus enema refrigerans & humectans, sine admixtione medicamentorum purgant:
Paroxysmus hic mitior fuit ideo morbi declinationem adesse indiximus præsertim

cum notæ concoctionis inchoatæ præcesserint.
Hac nocte paroxysmus ita fuit levis et bre:
vis ut ægra fere nullum negotium passa:
verit; alligatat pulticulam præscriptam
circa 4tam pomeridianam utrique carpo. & cir:
ca sextam hausit pulverem supra præscrip:
tum tribus cochleatibus syrupi nostri febri:
fugi. Cum autem urina esset crassa, in:
terla, non sine mitys concoctionis exhibuimg
illi sequenti aurora potiunculam subscriptam
℞ inful: purg: ℥ij syr: de cichor: comp:
cum rheo: ℥ manna calabræ ʒ j. Rhei
pulv: ℈ j. Crystall: tart: ℈ j. M. cap:
3ⁱˢ dejectionibus absoluto opere melius cui
visa fuit habere.
Ab eo tempore paroxysmi febriles manifes:
tis remissionibus declinarunt. Impense tamen
desiderabat vesci pomis crudis, butyraceo lacte
&c. Sed abnuentibus nobis abstinuit ab illis
Cum autem urinæ intensio & ventriculi in ap:
petendo cibo segnities indigitarent meseraicae ob:
structionem reliquys materiæ morbificæ quibus
venæ meseraicæ impediuntur quo minus attra:

nant succum alimentarium, atq; hinc appetentia dejectio ideo impetravimus quatuor diebus post assumptum pharmacum dejectorium supra p̄scrip-tum jussimus ejusdem repetitionem adjectis praeterea ʒ j q̄ rhei pulverisati.

Tunc meliusculé visa fuit habere. verum urina intensa & appetitus dejectus arguebant non mo-do intemperiem eos tenuis hepatis & meseraei. verum etiam ingruentem iterum, quem nonnunquam exci-pit hydropisis periculosa. Ideo auctor illi fui ut singulis auroris caperet dosin Electuarij in-storiam jejuno ventriculo. exercitaretur q; ad horā pro ratione virium ab assumpto pharmaco qua-tuorq; a prandio horis matutinam Electuarij ejusdem dosin cum simili exercitio repeteret. Quo continuato ad dies quatuor coepit appetere cibū & mirificé convalescere. Nihilominus se omnino do nulla admissuram medicamenta asseruit. Cum autem marito hujus medicamenti necessitatem sig-nificassem ille eam precibus rogaturam ut acci-peret nobis pollicitus est.

Faxit Deus ne haec impediat quasi ingruentem sanitatem, inobedientia illa sua & intemperantia fructibus enim praecipueq; uvis vescitur

LI. Status Dni Georgij Smith delineatus 11 Sept: 1631

Pusillus hic juvenis annorum quinque, aetis alacris quatuor primis a nativitate annis fuit, [illegible]; sed annus est a quo haec ingenij vivacitas hebescere coepit, indies malum incremento infelici matris aliorumque timorem auget; vocor itaque in consilium & probe exploratis omnibus haec notanda veniunt meo judicio: Tardus admodum est in incessu, lusu alijsque functionibus animalibus omnibus; oculi caligant, & dilatatae pupillae guttae serenae periculum minantur ab obstructione nervorum opticorum; Habet praeterea tumorem praeternaturalem ad suturam temporalem dextram qui excedit in extensione quantitatem nummi aurei 20 solidorum, sine illius partis dolore, sine coloris mutatione, sine calore; sed duriusculus ita tamen ut digitorum impressioni aliquantulum cedere manifeste percipiatur potissimum parte illa qua arteriam tempo-

ralem spectat. Vix assentiri possum opinantib.
hunc tumorem inesse ipsi cranio; Nunquam enim
perceptus fuit a famulis caput ejus quotidie
contrectantibus nisi intra octiduum; Reor potius
hunc tumorem oriri ab ipso phlegmate visci-
diori quo totum cerebrum supra modum tur-
get. musculo temporali impacto. Segnities enim
illa quae pedetentim indies augetur ut & caete-
ra symptomata soboles sunt cerebri magna
pituitae copia onerati; Tanta enim est ut
calor naturalis eam laudabili concoctione
elaborare nequeat, ita ut mirum non sit si
sensuum organa ita obstruat ut haec suo mu-
nere fungi nequeant, praesertim illa ad quae
nunc delabitur; Nervi enim obstructi ad mu-
scularum motus tarditatem, ad nervos opticos
oculorum caliginem, ad radices linguae ner-
vos loquelae segnitiem, praepediendo scilicet
spiritibus animalibus ad haec organa libe-
rum aditum causant.
Hac praemissa animadversione nae occurrunt
intentiones curativae, primo caput quantum
per tenellam hanc aetatem & vires licet
liberandum ab hac noxia saburrae copia

Deinde calor naturalis refocillandus specifi-
cis, quo concoctionem non modo moliri sed
& perficere valeat. Ac denique corroborando
cerebrum appropriatis medicamentis, ut suum
munus absolvant spiritus animales.
Pro prima intentione exhibui illi primâ
die Syrupi rosati compositi cum agar: ℥j
ex cochlearibus quatuor poseti. Verum alvus
illi ita constipata est ut inde ne semel sol-
licitaretur quidem: Injici illi itaque imperavi
hoc enema. ℞ Parietariæ, malvæ ana m. ß.
florum betonic: chamomæl: meliloti ana p. j.
seminum anisi, fœni: ana ʒ. j. Coquantur
ore ℥ viij, Cola. ℞ Huius colaturæ ℥ vj
sacchari ℥ ij ß, ol: chamomæl: ℥ ß. M.
Sequenti die hanc illi exhibui potiunculam
℞ Infus: purg: ℥ j ß. Syrupi rosati compos:
cum agarico ℥ j, flammæ optimæ ℥ ß. M.
Deiecit quinquies fœtida, pituita viscida sca-
tentia.
Sexta vespertina post absolutum medicinæ opus
applicui Emplastrum vesicatorium sub utraque aure
& appertis vesicis sequenti aurora apposui brassicæ

& statim cœpit dosin huius Electuarij
℞ Conservæ florum Vetonicæ ℥ij Anthos ℥j
Calami aromatici ʒj Cristallorum tartari ʒß
Cum s. q. Syrupi de betonica. M. f. Elect.
Post cibum imperavi sumeret post horā hausti
cum sequentis julapij unius unciæ.
℞ Aq. betonicæ ℥ij Melissæ ℥ijß.
Scabiosæ ℥j Syrupi cariophil. ℥j. M.
Ac deinde hoc Electuarium illi præscripsi de
opilativum sumendum mane & etiā pomeridiana
quantitate avellanæ cum exercitio.
℞ Extracti nři Deopilativi ℥ij Conserv: cario:
phill: ℥j. Pulveris nři stomach: sine sacch. ℥ß.
Rhei pulv: ʒß. Cum s. q: Syr: de mentha
M. f. Electuarium.
Et tunc cœpit dosin supra præscripti Electuar:
solummodo horā somni.
His cum uteretur medijs recreatus fuit, & cum
frater Londinum cogeretur proficisci ante abso:
lutum ostidiuum ab incepto hoc cursu eam com:
tatus est.
Faxit Deus ter optimus Maximus ut inculpata
mi puer restituatur sanitati, quam aliorum Medi:
corum ope assequatur opto ex animo.

LII. Status Johannis Nelmes delineatus 5. Octobris 1625.

Vocatus fui ad puerulum 4 circiter annorum & sem:
qui jam erat 12 a quo puer cœperat male habere,
calore febrili acriori per totum corpus diffuso. Hu-
morum farraginem cum putredine indicabant calor
immodicus, pungens, & urina crassa & rubicundior
Ideo 4 ejusdem mensis exhibui puero pulveris pancha
magogi ℈ſs. Sacchari candidi ℈j. in pulpa pomi
tosti unde sexies excrevit. Ad vesperam praescrip
si sumendum hoc julapium. ℞ Aquæ endiv: ℥j. syr:
violati, cariophil: ana ℥ſs limonum. ʒij M. Verum-
quemadmodum pueri solent nil nisi coacti assumere,
parentes ipsi abnuenti favere voluerunt, nec cape-
re coacti sunt; Sequenti die cum eum viserem,
inquiete admodum dormivisse audio, unde cum crisin
frustra expectassem quæ raro in pueris nisi in
septentrionalibus regionibus conspicitur perfecta. Se-
quenti die denuo exhibeo eandem dosin pulveris [illegible]
sed postea sumendum jusculum cum respueret ista
[illegible] nimis excrevit, Ideoque cum vesperi [illegible]
album glandem adhibuissem, & illud neglectum fuerat
Interim tamen ad meridiem [illegible] exhibeo illi diasc:
℈j cum ℈j conservæ oxyacanthæ, unde tota nocte
probe quievit. 6 Mensis cum natura segnior esset in
excludendis fæcibus eam provocavi glande ex melle & [illegible]

simplici, unde sexties excrevit biliosa multa & putentia admodum. Ad introitum lecti exhiberi denuo iu-
beo diascord: conserv: oxyacant. ana ʒj. unde quiete
dormivit ~~[illegible]~~ nocte, usq; ad 12, quâ cum parentes in
decumbendo strepitum excitassent evigilavit, & noctis
residuum duxit insomne. 9. Calore per totum corpus
diffuso nullum videbatur habere levamen usq; ad 12
meridiei, tunc enim solito alacrior erat, et prompte
reiuto opere naturae prorsus convaluit.
Verum correptus denuo fuit febre ardente sanguinea
19 Octobris, ad eum tamen demum revocatus fui
21 mensis die circa vesperam; quare cum sponte
alvum exonerasset nec naturae alium quam ad sudo-
rem motum percipere possem exhiberi illi ad introitum
lecti diascordij ʒj dissolutum in syr. limon: ʒij
Unde ista nocte sudavit & sequenti die levamen
sensit. 23 Octobris tamen pejus habere, urina
rubra admodum sine contentis conspicua. Naturam
adjuvandam inclio, sed parentes lacrymis eius me-
dicinam fastidientis moti, ei annuunt. 24 itaq; cum
accessissem aegro vi morbi profligato ana ʒj sapinae
zoar in pauxillo syrupi limonum primo sorbere
postea tamen precibus & blandimentis parentum de-
glutivit: Unde circa aurorarum maiore corporis
levamen singulare sensit. Sequenti die repurgato
corpore meliu reliqua convaluit.

LIII. Status Nobilissimæ Matronæ
Dominæ Cooke delineatus
1. Septembris 1631.

Conspicienda mihi oblata fuit urina No-
bilissimæ huius matronæ 30 Augusti &
tunc crassā & æquo saturatiorem cense-
bam propter bilem copiosiorem ipsum he-
par obstruentem; Consului illi itaque ut
sumpto medicamento dejectorio repurgaret
partes saburra noxia oneratas; Verum
plenilunium sequenti die expedatum cau-
savit dilationem propositi super exhi-
bitione medicamenti; Interim mihi nar-
ratum fuit ægram passam fuisse paroxys-
mum febrilem dieb. ultima præterita, solis,
& Lunæ, die vero martis fauste transac-
ta: Mercurij quoque feliciter inchoata &
ad quartam pomeridianam transacta cæ-
pit circa quartam frigere, præsertim in
extremitatibus; ac tunc initium novi pa-
roxysmi adesse assistentibus indigi, ideoque

suasit ut caperet hoc vomitorium.

℞ Vomitorij nostri ℥iij Aquæ nræ febrifugæ ℥iij Syr: de peto ʒij acetosi ℥ß.

Statim vero ab epoto pharmaco ante dimidium horæ quadrantem evomuit satis magnam copiam succi atrabilarij non absimilis fuligini sanguini commixtæ. censebam esse materiam morbi illius cuius Hippocr: mentionem facit 2 de morbis sub nomine vomitus nigri; Præterea quatuor vomitionibus opus absolvit, quibus excrevit tantum tenacem pituitam & viscidam melancholiam, sine bile, vel ullo succo atrabilario qualem prima vice evomuit. Nihil omnino do secessu evacuatur;

Frigus partium extremarum exorsum circa quartam pomeridianam excipiebat calor præternaturalis ante septimam vespertinam, ita ut non duraverit frigus hujus paroxysmi multum ultra duas horas.

Cum autem medicamentum nihil deorsum præcipitaverit ideo præscripsi illi pharmacum hoc dejectorium sumendum. crastina aurora.

℞ Infusionis ntã purgant: ℥iij Syrupi rosati ℥iß. Mannæ calab: ℥ß. Rhei pulver: Salvæ: phlegm: ana g. iiij. Spirus calc. g. ij M.
Hujus paroxysmi eam infestavit ad horas duas. æstus tantundem. ac deinque eluxit sudor profusus ad horas minimum tres: Insomnẽ tamen duxit hanc noctem; Ideo distuli exhibitionem præscriptæ potionis, donec somno aliquantulum refocillata esset; pulsus erat æquali. temperamentum corporis laudabile, sed conquerebatur de capitis dolore, propter reliquias vaporum cerebrum petentium.
Circa septam matutinam dedit se quieti & dormivit placide usque ad undecimam & tunc illi exhibui potionem supra præscriptam. 2.
unde dejecit sexties cum singulari euforia sequenti die sumendam illi reliqui dosim cremoris tartari ex brodio in aurora, & 36. horis post leve prandium præscripsi illi pulticulam aurigandam utrique carpo febrifugam una scilicet hora plus minus ante paroxysmum. Verum circa ℈ vespertinam novus insultus eam adorsus est cum frigore ad horas

duas, quem excepit calor præternaturalis ad
3. horas sex et ultra; Circa septimam matutinā
incepit dormire. pransa fuit circa 11, et
tunc reperit paroxysmos recurrere singulis diebus.
Inquisivi itaque ulterius quomodo sese habuerit
in puerperio ultimo responsum mihi fuit
eam non fuisse probe repurgatam a lochijs; Nam ante quartam decimam diem omnia sistisse
nec apicem toto puerperij mense postea
apparuisse; Unde finitis quatuor hebdomadibus Dm̄ Paddaeum Med. Doct: Clarissimū
consuluit & ille præscripsit ægræ potiones
aliquot sed parum efficaces erant, non enim
ultra duos secessus habuit ab assumpto
validiori pharmaco; Tandem erupere hordeoli in utroque oculo cum totius faciei
tumore flatuoso; ac tandem Apostema seu
potius ulcusculum ad nucham, quod nondum
pervenit ad suppurationem.
Illigavi nunc 3. Septemb: circa 3tiam po:
meridianam pulticulam utrique carpo; vereor
nisi hæc febris sit quotidiana aut tertiana duplex vereor ne degeneret in quartanam, quia unum tm̄ habuit diem intermis-

sionis pro duobus paroxysmi diebus: circa
quintam pomeridianam huius diei insultus novus
cœpit eam adoriri; ita ut iam constet fe-
brem esse quotidianam; Nam urina parum
tingitur bile, nisi id fiat vilis fervore
potione hesterna cerevisiæ. nec sumpto vo-
mitorio aliud quidquam excrevit praeter suc-
cum atrabilarium & phlegma. Paroxysmi[illegible]
de enim singulis noctibus levi corripitur; in
principio eius paroxysmi exhibui aquæ pulve-
ris ostr: aurant: & cardui benedicti a. ʒß.
ex tribus cochlearib: nostri febrifugi.
Sequenti die allatam inspexi urinam eamque 4
reperi magna bilis copia solito intensiorem,
Nunc singulis noctibus circa sextam pomeri-
dianam corripitur paroxysmo sed alternis
noctibus validiore.
Cum autem urinas reddat saturatiores, eruptio- 5
nes habuerit in facie, & nucha, cum totius
faciei tumore; calor in paroxysmo fit ad-
modum intensus, phantasia diversis imaginibus
loco somni ægram vexet, ideo constitui sectio-
one venæ basilicæ symptomatum violentiam
minuere. Verum cum ante annum post phle-

botomiam ex febre ardente continua putri:
da inciderit in quartanam intermittentem,
caute itaqꝫ hic agendum est & sanguis po:
tius eventilationis quam evacuationis ergò
emittendus idqꝫ partitis vicibus. Malui
autem hoc opus differre in crastinum.
Paroxysmus qui hac nocte expectabatur
auctior morbi declinationem indicavit, erat
enim mitior præterito; urina tamen se:
quenti aurora intensa erat propter bilis
copiam & cum crasso sedimento & hodie
multum conquerebatur de hæmorrhoidum
dolore sed præcipue cæcarum & internarum
cum autem illa negaret applicationem hi:
rudinum applicandarum venis turgentibus
distuli opus in crastinum & interim ap:
posui sphincteri tale linimentum per ys in:
ductum: quod alijs profuisse novi:

℞. unguenti ad hæmorrhoid: ℥ij Olei
lini ℥ß. Piperis nigri contusi & cribrati
ℨß. M. f. linimentum.

Quantum autem hæmorrhoidum apertio pol:
liceatur levaminis in ægra hæc melancholica

præter rationem physicam, authoritas Hip-
pocratis docet, qui consulit movendum eo
quo natura vergit. Atqui naturam in ustrice
admodum fæces tartareas per hæmorrhoi-
des tanquam proprium emunctorium able-
gare conatur; docet itaque nos ut ei o-
peranti opem feramus atque morbum fe-
ci manitione expediamus.
Hæc autem lotium erat multa bile tinctu-
um autem hæmorrhoidibus dolorificis tur-
geret sphincter, venis applicari curavi-
mus hirudines tres, sanguis ab ijs emul-
gitatus erat melancholicus niger enim erat
et limosus, qui effluxit ad ℥iij eius minus
septem. Et absoluto opere circa quintam
pomeridianam ivit cubitum. & tunc cum de-
bilior esset exhibui illi g. 6 pulveris bezo-
ar orientalis ex cochleari julapij nostri
febrifugi. Post sextam reliqui eam non
sine spe recuperatæ sanitatis, quum paroxys-
mus qui eam solebat adoriri circa quintam
pomeridianam nondum eam aggressus est
sexta. Et hac nocte paroxysmus eam in to-

tum deseruit. Verum hæmorrhoides ita fue:
runt dolorifica ut noctem duxerit insomne
nec dolor sedatus fuit applicatione li:
imenti huius.

℞ Linimenti nri contra hæmorrhoi: ℥ j β. olei
lini ℥ ij, piperis subtilis: pulverisati & cri:
criorati ℈ β. M. fiat linimentum & in:
spergatur petijs, & applicetur partib. dolent:

Deinde applicatum fuit hoc. quod

℞ Foliorum tapsi barbati incorporatorum
cum axungia suilla ℥ β. applicetur ut supra
hoc linimento dolorem leniri percipiebat
quidem antequam vena aperirentur, sed postea
non item; Mutavit itaq; & hoc linimentu
& ejus loco substituit balsamum factitium
& oleum postea ovorum per se;
Hisce omnibus dolor quidem sedatus fuit sed
non omnimodo fuit remotus. Cum autem cibum
nondum appeteret jam aliquot diebus a fugata
febre, & urina fœtidus scateat, auctor illi
fui ut denuo repeteret potionem purgan:
tem supra præscriptam; sed: admittere recusa:
vit propter acutos dolores quibus detinetur
dum dejicit album.

Circa decimam diem a fugata febre morbi reliquiæ causarunt recidivam. Absoluto itaque secundo tertianæ febris paroxysmo exhibui illi hanc potiunculam.

℞ Inf. purgantis ℥iij syr: ros: comp: cum agarico ℥ß. Mannæ ℥j. Rhei pulv: ℈ß. Spirit. ca[...]: g. ij M.

Dejecit inde solummodo sexties.

Imperavi postea sumenda sequentia

Illigetur pulticula utrique carpo duabus horis ante paroxysmum & statim capiat pilulas duas huius compositionis

℞ Cardui benedicti ʒß. Corti: aurantiorum pulveris: ℈j. Extracti [...] centaur: minoris ʒß. Cristallorum tart: ℈ß. Cum s. q. syr. de absynth: M. F. pilulæ.

Sequente paroxysmo capiat cochliaria tria supra præscripti julapij febrifugi.

℞ Aq. [...] febrifugæ ℥ij Cardui ℥j Petasitidis ℥ß. Syrupi caryophil: de trifol. acetoso ana ℥ß. M.

His mediis Dei benevolentia a paroxysmis liberata, et pristinæ incolumitati restituta fuit.

Profligata sic febre eam ne reliquiæ mor-
bi causarent recidivam denuo repurgari; verum
sequenti à purgatione die conquerebatur de genu-
um debilitate & urina conspiciebatur, crassa tur-
bida & flava recolenti mihi itaque memoriam di-
uturnā quartanā scorbutum pertimescere cœpi.
Præscripsi illi itaque sumendum poscetum cui
incocta erat tussilago, agrimonia, nasturtium
aquaticum beccabungā & cochlearia, cum ℥ß
pilularum nostrarum antiscorbuticarum sumenda sin-
gulis auroris spacio quatriduij ac postea se-
mel singulis auroris.
Post aliquot dies melinscule visa fuit habe-
re. ac tunc diæta chalybeata curam colophone
addere constitui.

LIV. Pro Catharina Katter.

Vocatus fui ad filiolam Dni Katter annum agentē
unum, quam ex morbillis male admodum se habere re-
peri decubuerat spacio [illegible] septimanarum & iam 10 e-
lapsi fuerant dies a quo prorsus ipsa morbillorum
vestigia evanuerant, reliqta per se diarrhœa, potum
aut nihil præter potum assumerat; hæc in tenellu-
la ista ætate nihil præscripsi præter unguentum ex sto-
machis & menthæ crispæ ac absynthij quo ita fri-
ctus dilatarentur musculi thoracis. hoc ita requievit
febrina ista, quâ angebatur tussis atque ad robur coerci-

liandum partibus naturalibus interius exhiberi sumet: dam gelatinam sic paratam. R. Scobis Cornu Cer: vi ℥i, Rasuræ eboris ℥ß. Cum s. q. aquæ fontanæ f. gelatina dulcoranda saccharo rosato & aroma: ticanda cynnamomo ut est artis. cuius sumat cochl: ar unum singulis dualibus noris noctuq; diuq; cum autem primum cochlear sumpsisset, duabusq horis post cœpit capere cibum & diarrhœa ista nocte cœpit subsistere, ac sic indies auctis viribus conualuit.

LV. Status Dni Gulielmi Brothe: relmeatus 3 Novembris 1631.

Mensis est a quo hic æger annorum plus minus 50 antehac constitutione corporis obe: siori correptus fuit febre continua biliosa, et tunc febris illa post aliquot dies declinavit sine ope medicamentorum in hoc statu necessari: orum, unde visus fuit meliuscule habere, sed totum remanebat crudum infensum & crassu cobia potius bilis hepar obstruentis, quam vis: ceris obstructi phlogosi. Nam calore præter: naturali nullo corripiebatur per totum corpus sparso. Obstructionem autem hepatis potius quam vesiculæ fellis mensso propter dejectiones biliosas. quæ obstructo meatu cholidocho ap: parerent cineritiæ & nigricantes. Urina fuit

putredinem inceptam arguit, Anorexia praeterea angitur frequenti, propter onus ventriculi defectu facultatis attractricis hepatis quae adeo obstructionibus illis jam debilitata est ut chylum non probe attrahat. Sanguis noctibus ut & aliquando interdiu sudat, natura scilicet excludente portionem illius tenuiorem ad penetrationem aptam natam propter humoris summis tenuitatem, acrimoniae junctam, ac naturalem mobilitatem. Si vero natura sequiat in extirpandis fortius earundem capia reservatum nepar diu relinquat, metus est ne venes tandem emunctionem respuant, unde aquae in hydropem prolabi necesse est. Consulendum itaque ut therapeia convenienti naturae opem ferre diutius non differat.

Praescripsi illi subscriptas pilulas sumendas bis in die scilicet unam in aurora jejuno ventriculo & unam quarta pomeridiana cum moderato exercitio.

℞ Pulv: nri cachectici ʒiß. Diarrhod: Abb. ℈ij Diacurcum: ʒiß. Fecul: aronis ℈j. Crist: tartari ʒß. Extracti nri rosati ʒij Fiera picrae Aloes succotrinae. Extracti centaurij minoris ana ʒj. M. & cum s. q. syr. de cich: f. pil:

205a.

LVI Status Dni Ægidii Grevell 16 Novembris 1631.

Ætat. ni annorum circiter quinquaginta jam ab anno propter obitum pueruli passionibus animi admodum deditus fuit, unde praeterita aestate incidit in tertianam, ac tunc totum opus commisit naturae, & sic illa aliquot circuitibus soluta fuit. Verum in principio Novembris incidit in quartanam laboriosam admodum, opem itaque imploravit cujusdam Empyrici qui exhibuit illi tres nescio quas pilulas, unde quater evomuit, & aliquoties secessu ventrem exoneravit, verum cum tanta aphoria ut lypothymiam singulas diebus pateretur; noctes ducebat insomnes toto obtusus, & jactitabundus inquiete noctesque diesque transigebat, cum singulari ἀπεψία, βραδυπεψία & ἀνορεξία ita ut nec judicium retinere valeret. Accersitor itaque & hora somni exhibui duas pilulas febrifugas, verum noctem transegit insomnem. sequenti autem cum vereretur ne rejiceret medicamentum exhibui illi dosim crystallorum tartari ex jusculo, unde meliuscule visus fuit habere. Lotium reddidit colore clarius cum crassamento potius quam laudabili sedimento. Pulsus erat admodum debilis

& inæqualis. Conqueritur præcipue de dolore
gravativo circa præcordia. Diversioni ergo ma-
gis injici mandavi enema carminans & emolliens
cum ℥ij theriacæ pulv: & pulv. [illegible] phlegmagogi
circa secundam vomitoriam. unde dejecit quater
& natura conante deponere phlegma viscosum ad
intestina motus iste tantum facessebat negotij
ipsi ventriculo, ut vomuerit bis pituitam ad-
modum tenacem. Exhibui illi circa horam
somni julapium cardiacum cum ℥ij Dia. [illegible]
unde sequenti aurora non parum refocillatus
fuit, dormiverat enim fere tota nocte; verum
a somno conquerebatur de dolore circa præ-
cordia. Et quamvis Hippocrates periculosos
pronunciet labores post somnum, tamen cum
cætera symptomata mitescant bene sperandum
de ægro statui. Hac aurora denuo dedi
illi dosin cristallorum tartari ex brodio.
Dedit se denuo queti. Nauseavit ad omnia
oblata ac ideo omnia respuebat medicamenta
spacio octo septimanarum. Subinde continua-
ta febre quartana usque in 8 Januarij se-
quentis. ac tum natura fatiscens in morbi
ipse placide in Christo obdormivit.

LVII. Matris Nobilis Heroinae Dnae M[illegible] ab Rutkotta de [illegible] 9 Januarii 1631

Domina tuae Nobilissimam nunc aetatem annorum [illegible] iter viamque variam molestant symptomata orta dum ducunt ab obstructo liene mesaraeo & hepate. Conqueritur enim de dolore gravativo circa praecordia; anhelitus difficultate, eructatione cum subsequente salivatione, cordis palpitatione, & postremum arteriae coeliacae pulsatione circa epigastrium & interna. quae omnia soboles sunt obstructionum partium supradictarum: Dum enim succus ille crassus et quo naturaliter gaudet lien sua copia vel qualitate gravat hoc viscus, prius obstruitur vas lienis, qui scilicet inserviens depurationi chyli, & inde exortae obstructiones negotium facessunt caeteris partibus vicinis scilicet mesaraeo, hepati, pancreati. Cum enim lien suo non fungatur officio in attrahendo crassiores chyli portiones, hepar cogitur allicere ad se chylum non rite defaecatum, unde obstructionibusque quoque huius parenchyma labefactatum primo generat sanguinem limosum & crassum & postea tenuem admodum & aquosum eodemque vitio correptum mesaraeum aequo gravius incumbit arteriae coeliacae unde eiusdem pul-

piratio ad sensum tactus manifeste percipitur: Vapores vero a saburra illa in praecordiis stagnante, elevant sursum diaphragma & hinc anhelitus difficultas; iidemque per arterias quae multiplici propagine inflantur venis communicatae cordi, ita ut mirum non sit si cordis palpitationibus tunc temporis detineatur. Menses tamen habet rite & periodice recurrentes, sed quae tenuiores & ex flavo rubescentes, quod bilis portio sanguini commixta eundem attenuet & praecipitet, Immoriore vero sanguinis faeculentia impedita quae minus eam natura ad suam sentinam ablegare possit: Ita ut metuendum sit ne mudat in scorbutum, vel icterum nigrum vel hydropem, vel melancholicum morbum, vel marasmum nisi tempestive huic morbo occurratur felici therapeia. * Vocatus itaque ut huic novelli [illegible] meo consilio praeessem, rem aggressus sum pro ratione huius aegrae, & intempestiva aeris [illegible] constitutione, eique eximii medicamentum [illegible] uter purgans ad expellendas faeces in intestinis latentes; Confirmationem deinde iniunxi [illegible] duarum splenicarum & hepaticarum sumendarum

[illegible]

singulis diebus in aurora spatio trium septimanarum, quibus removere sensim obstructiones, praesentium symptomatum causas, & graviora minantes intendo. Noctu vero iniunxi ut sumeret circiter ℥j. Electuarij corroborantis viscera naturalia, eorundemque actiones promoventis. Caetera in proximum vel differenda reliqui. Fluore s[...] do praeterea corripitur uterino a labore ut puto ultimi puerperij, nec non imperfecta e[...] laboratione secundae concoctionis. Faxit Deus. [...]ter Optimus Maximus ut hisce medijs instructa [...]nae Nobilissima Heroina, una cum observatione diaetae convenientis, & usu appropriato rerum vulgo dictarum non naturalium, mancipata restituatur sanitati.

LVIII Status viti Nobilissimi Dni Ægidij Savage delineatus 25° Jan: 1631.

[...]xit conqueri hic aeger amorum [...] di[...] [...]eris ultimo elapsa, & tunc aestu praeter[...]praeternaturali per omnia membra diffuso ad aliquot horas detinebatur, cum levissimo extremorum frigore, & anorexia, in insultus

principio; Recurrebat hic calor febrilis incertis periodis, scilicet Dieb. sabbathi & solis & Lunæ; Nullus tamen percipiebatur die Martis; Vocabat die Mercurij & reperi [illegible] ad omni febre liberum pulsus mediocriter laudabilis erat, temperies sanorum simillima; Conquerebatur tamen de inappetentia, lassitudineque spontanea: Et urinam multa [illegible] tincta fœtore insigni prodebat ejusdem non contemnendam putredinem: Cum autem illi injectum fuisset enema duobus horis ante meum adventum, nihil tentavi illa nocte, sed dictam tantum illi præscripsi tenuiorem proposui cum vererer novum insultum nocte subsequente; Tussiculam habet paucium irritantem, partim a vaporibus biliosis pulmones lacessentibus, partim a destillatione asperæ arteriæ invadente ita ut mirum non sit si non admodum sitiat in ipso paroxysmo febrili, notante Hippocrate hoc aphorismo 4. 54. Noctem duxit insomnem propter vapores acres vellicantes meninges circa secundam matutinam vocabat. Et tunc con:

querebatur de angustia & dolore ventriculi, paulo post vomebat exiguam quantitatem pituitæ visciдæ unde alleviatus fuit, Dormivit subinde ad horam unam semis. Cum autem ructus quamvis insipidi, inappetentia vomitus spontaneus. dolor ventriculi & oris amaritudo suaderent exhibitionem pharmaci emetici. Exhibui illi in aurora vomitori- 2
um leve unde vomuit quinque vicibus bilem vitellinam, satis copiosæ pituitæ admodum viscidæ commixtam; et dejecit secessu quater fœtida & putrida variagata quales dejectiones laudabiles pronunciat Hippocrates ab epoto medicamento aphorismo 21 sect. 4. ex glysco enim nigricabant dejectiones. Tota hac die dormivit. ac proinde noctem sequentem duxit insomnem usque ad quintam matutinam, ac tunc cœpit dormire, somnisque aliquot vicibus terruit notas tres; tunc exhibui illi circa nonam matutinam pottiunculam unciarum 3.
quatuor ex infusione purgante, rheo mixto admixto syrupo de cichor. composito & duabus quantulis spirit caicanthi: Verum post horæ

inde ante quadrantem evomuit portionem ipsam, quare statim exhibui illi ℥ß flammae injectae in jusculo. Hodie conspiciebatur urina tincta bile cum initiis concoctionis, sed admodum imperfectis, & in modica quantitate, quam vis eam reddidisset tribus vicibus. Debilis admodum est; facultates enim naturales sunt prostratae, animales parum vivaces, & vitales languentes, ut patet ex inappetentia, nausea, silentio, & pulsu debiliori minusque aequali. Dejecit quinquies sputa, tenacia, & biliosa & dormivit aliquantulum interdiu. Iam exbuit & tussi exclusit phlegma crassum ex flavo virescens, tussicula illa parum irritans multo remissior fuit hac nocte quam ultimo praeterita; Una cum tussi & screatu aliquantulum sanguinis valde floridi ejecit circa decimam vespertinam, color suspicionem mihi injecit a pulmonibus fuisse; Verum cum postea aliquoties tussiret sine admixtione sanguinis, a capite fuisse spero. Dormivit hac nocte sed inquiete propter crebra somnia, causata a vaporibus vitiosis phantasiam ferientibus. Narrabat enim nobis se posse dormire nisi vereretur

admodum illa phantasiæ ludibria. Hac tamen
nocte circa duodecimam reddidit lotium solito ca-
piosius cum nubecula rubea sed admodum crassa
Ideo ad movendam saburram in hepate stagnante 4
per urinam exhibui illi ℈j cristallorum tartari
pulverizatorum ex jusculo tenui in aurora; to-
ta hac die debilis quidem erat sed tamen re-
focillatus videbatur aliquantulum. Horam somni
totum opus commisimus naturæ, & dormivit pla-
cidius quam nocte præterita. Lotium reddebat
circa duodecimam colore, substantia & contentis
paululum laudabilius. Tussis nec tam fre-
quens nec tam laboriosa erat; & quæ excer-
nebat mediocrem habebant concoctionem. Diem 5.
sequentem transegit dormiendo. Ideo cum
nihil dejecisset a sumpto pharmaco dejectorio
communi consilio inito cum Dno Doctore Boo-
næo qui in auxilium vocatus accesserat die
præcedente (scilicet Saturni) injici imperavimus
enema emolliens unde secessu exoneravit semel
sed copiose bilem admodum putridam & fœten-
tem. Circa quartam pomeridianam pulsus vide-
batur intermittens, Exhibuimus illi itaque julapiu

cardiacum unde valde fuit refocillatus. Urinam tamen in aurora & circa duodecimam meridianam reddidit crassiorem magisque confusam quae exigua et minora ostendebat signa concoctionis. Circa quintam pomeridianam minxit lotium magis coctum cum sedimento maturiore fundum petente sed crassiore. Nihilominus ista vespere comatosus erat, & post somnum leviter delirabat. In totum tamen expeditius constabat mente, & satis composite loquebatur. Difficulter tussiebat & propter tenacitatem viscidae pituitae bronchijs pulmonum inhaerentis, & laringi tonsillisque adhaerentis exhibuimus illi communi consilio syruporum adianthi, jujubini & violacei sumendorum quantitate cochlearis semis. Hac nocte circa octavam frigebant illi extremitates puta nares, manus, & pedes, circa undecimam minxit lotium jumentorum simile atque inde veriti fuimus ne deliraret, circa idem tempus sponte illachrymabatur sine ulla causa oculus sinister. Quae omnia nihil boni portendere docet Hippocrates. Inde tamen de ejus valetudine prorsus desperandum esse non censuimus quod notae concoctionis apparuerint die mor:

vi septima, quæ est indicatoria undecimæ:
Cum autem hæc nox præcedat diem undecimam
& Hippocrates asserat noctem, diem criticam
præcedentem laboriosam non admodum pertimes-
cendam propter naturæ conflictum cum mate-
ria morbifica, ideo judicium in crastinum dis-
tulimus; hac ipse fretus quod cum aures illi
obsurduerint fælici sanguinis fluxu per nares
vel diarrhœa natura sit superatura morbum, nisi fa-
tiscat ejusdem violentia. Post dimidiam horam
a lotio crasso & spisso quod tamen postea ap-
parebat notas concoctionis deserabat ad
dimidium horæ quadrantem, quod delirium ex-
cipiebat somnus placidus ad horas tres, abluit
os, bibit haustum cerevisiæ, dormivit denuo.
Pulsus tunc temporis circa quartam matutinam
plenitudinem æquebat latitudine in systole,
sed æqualis erat, quamvis æquo velocior,
Residuum noctis transegit eodem modo; circa 6.
octavam matutinam exhalatio quædam percipie-
batur circa collum & frontem, Cum autem
arida illi semper fuisset cutis usque ad
præcitam horam, & tunc natura visa fuerit

nostri exclusionem materiæ morbificæ sudore exhibuit illi Dnus Doctor Boonaeus grana aliquot bezoar orientalis ex juxapio specifico unde usque ad secundam pomeridianam sudore æquali, calido, universali cum singulari euphoria & levamine exclusit situtam [illegible] rori similem aliquantulum fætentem; in recrimatione linteis abstersus fuit. Indormivit & aliquando minus cohærenter loquebatur: sed potissimum à somno; recollectis tamen magis spiritibus rationis compos erat: Lotium terminato sudore apparebat confusius, cum notis tamen concoctionis. Ita ut sperandum nobis restet, cum in initio diei indicatoriæ (aut paulo ante) notis concoctionis quamvis imbecillis præcedentibus, natura sudore indicaverit quid nobis sperandum sit; die Jovis proxima quam illi criticam fore conjicimus, cum [illegible] crysi incipata restitutum iri sanitati, Deum ter Optimum Maximum rogamus ut nos illius incolumitate beet. Verum circa duodecimam nocturnam pulsus erat debi

lis æquo velocior & inæqualis, ~~pulsu~~ motus habet convulsivos in utraq; manu; sudabat circa carpos, frontem & pectus, anhelatio illi crebra; unde suspicabar sudorem quē speravimus fore indicatorium fuisse symptomaticum; Decem enim horas ante initium diei criticæ manebat hic sudor. Sequenti autem retulit mihi Dnu; D.r Boonæus omnia vergere in pejus, surrexi, Reperi eū agonizantem, cum symptomatibus supra dictis, & aphonia; unde post horas quatuor circa decimam matutinam placide in Christo obdormivit ultima die Januarij 1631.

LIX. Status Nobilissimæ Dnæ Dauston 1. Februarij 1631

Conqueritur juvenis hæc matrona annorum plus minus triginta. De angustia circa præcordia, præta mesenterium, hepar & ventriculum, Passionibus animi admodum est obnoxia, In hypochondrio sinistro percipit dolorem aliquando gravativum cum insigni frigiditate. Difficulter concoquit a cibo enim ingesto ventriculus plerumq; laborat

ita ut non mirum sit si saepe fluorem pati-
atur uterinum album; A cruditatibus enim ven-
triculi, cuius errores in secunda concoctione
non emendantur, sanguis ex impuro chylo crea-
tatus faecibus scatet, quarum portionem natura
ad uterum tanquam ad sentinam ablegat. Ul-
cuscula praeterea habet in crure dextro, natura
scilicet dejiciente faeces maligniores ad partes
minus nobiles et magis ab iis remotas. Itaque
scorbutus non immerito sit pertimescendus nisi
futuri prophylaxi anticipetur. Partium magis af-
fectarum cura habenda est proximo vere.

LX. Literae datae Excellentissimo viro Dno Doctori de Mayerne Medico Regio primario.

11 Februarij 1631.

Monsieur.

Vostre promptitude a avancer ma fortune par la favorable assistance de vostre docte conseil en cas de difficulté, me fait prendre la hardiesse de vous importuner maintenant a ce qu'il vous plaise me faire cette cour-

toisie que de m'aduiser ce qui me sera mieulx de faire pour secourir une Dame de merite, que j'ay a present pour ma patiente. L'estime dont il vous a pleu tousjours honnorer ceux qui par leur education ne dementent pas la noblesse de leurs ayeulx, fait que je m'ose promettre vostre conseil salutaire pour secourir Madame Morgan l'heritiere de Mr. le Colonel Morgan & petite fille de feu Mr. de Morny Seigr. de St. Aldegonde. Je vous en envoye l'estat en plusieurs accidents pareil a celuy de Madamoiselle Anne, que je vous amena il y a deux ans, & que vous me renvoyates saine il y a environ quinze mois, horsmis que les accidents qui defiement ceste Noble Dame-cy ne sont pas en si grand nombre, ny si frequents, ny si violents. Je ne doubte nullement que par le moyen de vostre assistance nous n'ayons le mesme succes. Faites nous doncques je vous supplie ceste faveur de lire ce que j'en ay couche par escrit, & m'instruire ce que vous estes d'avis que je face, & ainsy

m'obligeres a demeurer celuy que je suis
Mons. Vostre treshumb. S. S B.

LXI Consilium missum Viro Excellentiss. Dno Doctori De Mayerne super statu Nobiliss: Heroinæ Dnæ Alotgan 11 Februarij 1631

Notandum hic est me hoc consilium exorsum fuisse secundum tenorem descripti status eiusdem Dominæ extantem pagina 204 usque ad lineam 17* paginæ 208 a qua periodo hic pergeri.

Vocatus itaque circa 9 Januarij ultimo elapsi ut huic Nobili Heroinæ meo consilio præessem, rem aggressus sum pro viribus huius ægræ, nec non intemperativa aëris brumalis constitutione, eiusque ex omnibus medicamentum iemper surgans, ac experiendas feces in intestinis heatentes. Continuationem sumere in... ... duarum ... beneficiarum & ... ... menicarum singulis diebus in aurora spacio 15 dierum, quibus removere sensim obstructiones ... ... symptomatum causas, & graviora minantes intendebam. Erant autem illæ compositæ ex sir. rosato, foeculis aaronis, bryoniæ, pulvere tamarisci tartaro cristallino, sale fraxini, rheo & agarico

permiscuto exceptis cum syrupo de stæchade.
Nodu vero injunxeram ut sumeret circiter ʒj.
Electuarij corroborantis viscera naturalia, eorun-
demq; actiones promoventis. Cætera in proximu
vel inferre constituerum. his addo quod tum
temporis conquerebatur quoq; de dolore uterino
orto à difficultate in partu ultimi puerperij
nec non imperfecta elaboratione secundæ concoc-
tionis. Verum cum negotia me tunc temporis
avocarent aliò coactus fui illam relinquere post
tres aut quatuor dies. Unde ab assumptis phar-
macis illa fuit mediocriter habere, usq; ad ini-
tium februarij; tunc enim frequenti admodum
cardialgia tenebatur ut lypothymiam vereretur
perseverat itaq; denuo, & appulit superiora dic-
[illegible] Electuarij eamq; repeti symptomatibus
[illegible] charitatis vexatam. Mediocriter appetit
& ingesta concoquit; sed non raro vel vacuo
ventriculo vel statim à cibatione subito corri-
pitur spirituum deliquio non diu tamen duran-
te, quippe quod eructationibus aliquot plerumq;
solvatur. [illegible] admodum illa est [illegible] &
[illegible], [illegible]usq; admodum obnoxia. quæ
[illegible] signant [illegible] Hippocratis

authoritate & diuturna qua claret experientia.
Hac vice tamen nihil tentavi partim quod illa ansam
differendi medicationem in tempus convenientius ex-
peteret, partim quod frigus jam noctibus ali-
quot in regionibus hisce saevierit, partim quoque
quod mihi vix integrum sit tam diu à familia
abesse. Pollicetur interim Nobilissima haec He-
roina se brevi Glevum profecturam ut mea
ibidem utatur operâ. Diaetam jubenter illi prae-
scriberem proximo vere chalybeatam, postquam
rite repurgatum fuerit corpus. Tu me Vir
Excellentissime, edocere ne dedignare quid me
hoc in negotio facere praestet. Fluor ille
uterinus de quo supra nec tam molestus
est ut fuit antehac, nec tantum conqueritur
aegra de dolore & debilitate regionis rena-
lis. Alvus illi potius constipata quam
lubrica, sed hanc facillimo negotio solli-
citat pro libitu ubi opus est. Lotium
quamvis aliquando aqueum sit parcius, medio-
criter tamen non nunquam laudabile est quoad
substantiam colorem & contenta; nisi quod
cito incrassescat aeri expositum propter copiam

substantiæ vaporosæ eidem immixtam. Hæc omnia tibi Excellentissime tuæ censuræ judicio. rogans obnixe ut studiis meis hoc in statu difficili et arduo, pro solita tua erga me benevolentia favere annuas. meaq literario tuo consilio eruditiorem reddere pergas. Vale fautor plurimum colende. Datum tapltm - Kuerpetra 11 febr. 1631

T. E. Devotiss: S. B.

LXII. Litera scriptæ D. Doctori Lapworth super statu Dnæ Stephans 27. Augusti 1629.

Ægra hæc misertime ad annos aliquot affligebatur asthmate ut patet ex consilio nostro delineato cap: 10. pag. 48. ad quod Clarissimum Consultissimumq Dm Doctorem remitto. Ab eo tempore pro ut omnia corpora sublunaria mutationibus obnoxia sunt ipsa ægra post decem aut duodecim à conceptione septimanis incidit in febre malignam cum tanto vitæ discrimine ut fateri cogat me nunquam vidisse ægrotantem restitutum sanitati post tot signa letalia: ita ut mirum non sit si viscera ab exurente æstu multum sint labe-

saturata, præcipue autem quæ antea erant exqui-
sita. In vigore febris cum symptomata nihil mi-
si exitum præsagirent, inter alia & hoc apparuit,
tussi excrevit sexties septiesve me præsente, cru-
ta, ad putredinem tendentia, & cruenta: Ab eo tem-
pore viscida semper discolorata ex lutei [illegible]
flavescentia ex pulmonibus prodiit: & tenacia qua-
vis sint, tamen bronchiisque pulmonum non adeo perti-
naciter adhærent, ut ægra cogatur, pro ut solita
erat in paroxysmis asthmaticis. non nisi cum sibi-
lo & stertore respirare; sed liberius attrahit &
emittit aerem. quamvis meo judicio. non minori cum
periculo vivat ægra nunc quam antehac; siquidem
phthisin metuendam esse satis non video. Tantum
de tussi: jam alia quoque urgent symptomata. con-
queritur enim de fluxu pituitoso continuo quo totum
os. & ventriculus (quemadmodum apparet ex illis
quæ nonnunquam vomitu spontaneo protrudit) ma-
dent. Percurata exulceratione palati, maxillarum,
gutturis & tonsillarum a vaporibus fuliginosis or-
ta, restitat hæc copia pituitæ viscidæ. qua gustus
ita læditur ut de cibo & potibus decernere ne-
queat; in illud acceptum referendum sit intemperiei
cerebri frigidæ, calore naturali istius partis admo-
dum labefactato vi caloris febrilis ejusdemque ma-

lignitatis

lignitatis; An vero vaporibus tetris ab utero per spinam dorsi ad caput elevatis, tuæ commisso stu-
ema. Fœtus enim ab æstu ni fallor contabuit.
Nam non multo post curatam febrem. apertis venis
uteri spontaneo fluxu primo sanguis putus modicè
quidem apparuit. Deinde graveolentia & cum illis
embryonem: nam aliquid tunicis impactum, excu-
sit. Duobus quoque diebus locchia prodirant. Iam
omnia naturaliter se habent excepto catarrho. Re-
mota enim febre, excluso embryone & cessanti-
bus locchijs, salivatio illa continua nihilominus
remanet. An denique hoc accidit propter vapores
qui ex pulmonibus & aspera arteria caput petunt
[illegible] frigiditate cerebri revertuntur, & nobis in-
star os, palatumque continuo irrorant? Conqueritur
præterea de æstu volarum manus utriusque, & plan-
tarum pedum, nec non de dolore scapularum juxta
spinam dorsi ubi tunica mediastinum [illegible]
[illegible] spina, sine ullis tamen post hecticæ febris in-
[illegible]. Alvus potius adstricta quam nimis lubrica
[illegible] nobis Vir Excellentissime opem tuam [illegible]
[illegible] rogamus. Præscripsi illi ptisanam
[illegible] mane & vesperi, ex hyssopo. Capillis ve-
neris, Agrimonia. Liquiritia & Pulmonaria

quercina incoctis aqua communi & dulcoratis sacha-
ro cristallino. Bechius a me praescriptis non delecta-
tur, sed ventriculus ad ea nauseat. Parata autem
erant ex seminibus anisi, radicis Enulae campanae.
Iridis florentina, liquiritia & sacharo cristallino.
Cauterium brachio sinistro ad caucam mi. cuius dei-
toidis ut imprimi haberetur saepe auctor fui. Veru
obsequium impetrare nequivi. Et nunc vix tantum
emolumenti ex illa operatione nunc polliceri ausim,
quia ipsam pulmonum substantiam ulcusculis non
contemnendis corruptam esse suspicor. Det meliora
Deus, & faxit idem ut me hallucinet. Tu nobis
Vir Excellentissime manus adfer auxiliatrices &
me amare perge. Dav. raptim 21. Aug: 1629.

T. Ex: observ: S. B.

LXIII. Status Dnae Kyrle delineatus. 16. Junij 1629.

Aegra haec annorum circiter 27. passionibus hyste-
ricis & splenoticis ab aliquot annis obnoxia fuit.
Annus jam est a quo cum gravida esset & subito
timore perculsa, incidit in paroxysmos hystericos
solito frequentiores & acerbiores. Distulit tamen
therapeiam donec enixa esset filium; verum tunc
morbi violentia eam medici consilio uti coegit.
Accersitus advocavi. Loemata aquo parciora fassi-
citavi, & hystericos influxus medicamentis antime-

rericis domui; Interim tamen sub tanto onere
natura videbatur fatiscere profligata simul
febre marasmoide; & nec post evacuationes
debitas aliquoties reiteratas ratione virium aut
copiosas non admittebant dejectiones humectan:
tibus & specificis hepaticis & splenetiis quinq;
septimanis post partum coepit decimare. Vires
reficere non neglieximus cardiacis. Cuncta ten:
tavimus & ab omnibus sociis semper visa es:
nemus habere; Sed tam prona est in vitium
natura partim propter obstructiones lienis su:
tim propter ejusdem hepatisq; intemperiem &
cruditatem ut aliquoties recidivam passa fue:
rit. Tumultuantem adeo ut splenem ut facil:
limo negotio & levissimis quibusvis animi pas:
sionibus concitatus insurgat. & tunc chylus in me:
sentero partim stagnando subsistit partim intus
ab hepate calore praeternaturali aestuante rapi:
dius attrahitur, tum propter segnitiem naturae
in deponenda alvo, tum propter intemperiem ip:
sius meseraici; Unde non raro incurrit symptoma:
ta gravissima, qualia sunt sudor frigidus, dif:
ficultas respirandi & dolor perpetuus hypochon:
drij dextri, quae majora pericula minantur. Cumq;

menses à partu apparuere menstrua, & ab eodē termino recurrerunt incertis periodis. Derivationem semel tentavimus aperiendo hæmorrhoides hirudinibus unde non parùm emolumenti cæpit. quamvis timendum erat ne potius ei forent detrimento propter summum timorem quo corripiebatur dum affigerentur sanguisugæ. Cum autem toties recidivam patiatur confugimus ad T. E. rogamusque obnixe ut nobis tuo consilio præesse non dedigneris. Interim omissâ prognosi Deum rogo ter optimum maximum ut omnia secundet pharmaca nunc ægræ eamque pristinæ sanitati restituat

LXIV Status Dnæ Strange delineatus 1. Octobris 1625.

Vocatus ad ægram hanc eam inveni circa septimam vespertinam. & reperi placide dormientem. cum levi anhelitu; Expectavimus itaque in cubiculo donec expergisceretur; Intentus interim in indagatione conaminis naturæ Vix elapso horæ quadrante. ægra experrecta pulsum examinare cœpi. ac reperi motum convulsivum detinere dextram. pulsus erat debilis. sed qui tamen in ordine non percipiebatur inæqualis. Os fuligine totum conspersum, ideoque statim abluto ore. vesiculisque repertis in palato & lingua fluid-

anxious exhibui ægræ modicum jusculi cum pauxil-
lo cremoris & magisterij tartari ad abstersionem
ventriculi, ut eundem liberare inciperem a materia
putrida ibidem stagnante & fuliginosos istos va-
pores ad os mittente, in tantum ut tota uvula ex-
ulcerata & quasi grysea conspiceretur. Circa
decimam vespertinam exhibui ægræ julapij car-
diaci ℥ ijss. mixti cum pauxillo extracti angeli-
cæ. Inde placate admodum dormivit totá fere
nocte, aliquando ad tres horas continuas. Sequenti
aurora adiuto ore exhibui illi potiunculam ex in-
fusione rhabarbari, epithymi, agarici, & foliis se-
næ orientalis, admixto modico syrupo de cichoreo
composito cum rheo & manna, & cremore tartari.
Cum enim viderem notas concoctionis materiæ flue-
re paratæ evacuationem requirere, occasionem non
negligendam statui. unde ex sumpta potione sex-
ties, vel septies dejecit fœtida, putrida, & varie-
gata. Circa 4 pomeridianam rursus conquereba-
tur de stomachi anxietatibus, tunc itaque exhibui
ægræ julapij cardiaci coch. j. Unde statim refi-
ciebatur. Et cum calorem æstuantem in corde se
sentire diceret, cuius causam puto bilem putridam
in superiore ventriculi orificio hærentem, ac proinde

Vomitorium ei lubenter exhibuissem, nisi virium debilitas hoc dissuasisset. Praescripsi illi itaque ad coërcendum bilis fervorem & acrimoniam julapium sequens. quod ℞. Aquæ scabiosæ ℥ vj. Papaveris rhœados ℥ iß. Syrupi limonum & de tritolio acetoso ana ℥ j. Syrupi violacei ℥ ß. M. Itaque inde quoque levamen sensit. Noctu itaque circa 9 absoluto denuo ore exhibui julapij nostri cardiaci ℥ iiß, & sic se dedit quieti, dormivit ad horas tres sed minus quiete, & in insomnijs loquebatur. Expergefacta curavit me accersiri, & tunc reperi magnam virium imbecillitatem per vices, propter conflictum naturæ cum materia morbifica, una cum levi exudatione quam Hippocrates ἐφοδρόβιν vocat: Rem itaque periculo omnimodo vacare non censui. cum febrem hanc erraticam tam gravia committerentur symptomata, qualia sunt præter enarrata singultus, & difficilis tolerantia quatenus materia tunicis ventriculi impacta naturæ facessit negotium. Cujus tamen de salute non esse desperandum suasit. Exhibui itaque aquæ in aurora julap: refrigerantis supra descripti circiter ℥ v cum unico cochleari julapij cardiaci, abluto tamen prius ore unde valde quiete dormivit ad horum

unam semis. Expergefacta dedi haustum jusculi, dormivit denuo. Circa prandium edit tria frustula carnis vitulinæ assatæ, unde valde fuit somnolenta, dormivit ad horam plus minus; Expergefacta bibit haustum cerevisiæ; Circa tertiam conqueri capit de stomachi anxietate, bibit cerevisiamque statim denuo evomuit. Postea visa est meliusculè habere accepto modico julapij cardiaci. Sexta vespertina exhibui aquæ magisterij perlarum cum cornu cervi præparato dosim, in haustu jusculi, & sic dedit se quieti, & admodum bene dormivit ultra horam. Hora 9. vespertina abluto ore dormivit denuo in diem sequentem, aliquoties expergefacta sumpsit jusculum, & repetijt somnum. Circa x antemeridianam curavi injici enema ex decoctione emolliente & refrigerante adjectis diacathol: ℥ß. d. diaprun: ʒij Syrupi de cichorium rheo ℥j & butiri non saliti ℥ij. Dejecit inde octies plus minus. Inter dejectiones sumpto modico jusculi placide dormivit, & expergefacta recreata videbatur semper. Ab eo tempore natura superior morbo extitit & sic sensim ægra pristinæ fuit restituta sanitati.

LXV. Status viri Nobilissimi Dni. Thomae Escourt Equitis delineatus. 1 Julij 1625.

Accitus fui ad Dm. Escourt Equitem 1 Julij & cum venissem reperi eum incumbentem lateri dextro, pulsu aequo celeriori & inaequaliori aliquando ad quartam, aliquando ad septimam pulsationem unde febrem adesse sed symptomaticam censui tum quod erysipelati seu potius aposthemati in hypochondrio dextro, tum quod diarrhaeae qua detinebatur eam acceptam ferendam opinabar. Inflammatio enim totum hypochondrium dextrum a costis sterno infixis ad inguen occupabat, cum tanto cruciatu ut vix ac ne vix quidem sine quatuor aut quinque famulorum adjutus se in latus sinistrum revolvi pateretur. Cum autem inflammatione hepar tam sit vicina, mirum non est si calore praeter naturam accenso in illo nobili viscere, idem simul & in corde accensus febrem causet. Diarrhaea vero praeterea quam praecesserat ad aliquot dies sene humorum putridorum farraginem indicat, flatus vero & intestinorum borborygmi eorundem vaporosam [illegible] Ventris tormina bilis acrimoniam. Haec simul cum febrem accendere valeant, quid mirum ?

hisce omnibus conjunctim in uno aegro concurren-
tibus febrem cierent. Ac denique sensum depra-
vatum conqueritur in femore & crure dextro, ni-
mium stuporem percipit. & altero crure vel tri-
bus digitis breviorem sibi videri ait. His ergo igi-
tur omnibus ut occurratur, quae modo dicti pos-
sunt indicationibus sic rem agare si sumus.
Imprimis removenda est saburra in primis viis
stagnando putrescens. Hoc autem dispositionem
nostrarum cachecticarum satagere tentandum
consuetam. In tanta enim debilitate non au-
sus fui exhibere illi dosim maiorem, quod na-
tura proclivior in dejiciendo nunc alvum lacru-
iam (vinis satis jam dejectas) vacuandam sussi-
ceret. Exhibui itaque aegro meo ad mitiorum
sedis circa 10 vespertinam unciam unam cachec-
ticam tendentem similiter qt: bis. atque appli-
cui hypochondriis pultem ex lacte, foliis rosarum
rubrarum, malvarum, et pane tritico conspersam
cum admixtione olei rosati. Interim siti in-
extinguibili cruciabatur hic aeger, a potu ta-
men quantum posset abstineret hortatus sum.
verebar enim ne hepato admodum debilitato in-

cideret in hydropem si nimium potui indulgeret. Et ut illuderet sitim ut modum cristallinum ore continuo volutaret imperavi. Æger dicto audiens fuit, & moderatius cœpit bibere. Dolor ante quintam matutinam, dejecerat per ista nocte eamq; duxerat insomnem. Omnia tamen videbantur in melius proficere, cuncta enim æque videbantur salva nisi femoris cruciatu tenerety Dolor & inflammatio ventris divocantur de: cimare, pulsus erat validior & æqualis magis æquo tamen celerior Exhibui itaq; mane de: nuo pilul: mart cachecticarum ℈j. Inde dejecit 4. Et pultem denuo ventri apposui & femori ab inguine usq; infra genu, Nam juo in quire aliud pullulabat apostema. Postquā exhibuissem illi tibulatum dolor placate cor. mivit fere ad horas duas. Cum se sitire af: firmaret, & desideraret vini clareti haustulū ut ægro hac in re placerem dedi illi haustu: lum modice dilutum cum pari quantitate aquæ chalybeatæ & dulcoratum paurillo saccari. arrisit hoc & gustui gratum esse dixit. Circa undecimam pransus est edito; pulli gal:

[s]inacei utrumqꝫ crus. De ventriculi incommodo conqueritur nullo. Facultates animales depravatas esse indicat praeter stupidum cruris dextri & femoris sensum, stupiditas quasi quaedam quandam experiscitur usqꝫ adeo tenetur, ut utrum dormierit nec ne se nescire affirmaret. Urina quae semper multa perfusa urine consp[ici]ebatur, imo unius concoctionis notis vegetior visa fuit nec. circa ʒ pomeridianam ʒ. Julij, ideoqꝫ quotquot aderamus coepimus faustiora sperare.

Pro coena deglutivit duo ova recentia sorbilia cum lumbis cuniculi assati.

Sequenti die cum denuo sitiret exhibui illi extractum tincturae rosarum factum cum aliquot guttis spiritus salis & adjecta ℥j syrupi violacei. Vesperi circa nonam applicuimus denuo ventri & cruri pultem.

Hora duodecima exhibui illi pilulam unam hypnoticam, dormivit placide, & ter evigilavit ista nocte beneqꝫ se habere à somno assistentibus narravit.

ʒ. die Julij Mane semel dejecit, dormivit denuo ad horas duas, circa ʒ matutinam sorbsit duo ova recentia. Pultem denuo apposuimus ven=

tri & femori cum levamine, sed circa tertiam pomeridianam conqueri cœpit de summo cruciatu genu dextri, applicato ibidem [illegible] levamen sensit, & edit pulli gallinacei panicium. De siti denuo conquerebatur, & otis aridifare, lingua conspiciebatur [illegible] & fissuris plena; Ideoqz ut os sæpius ablueret & gargarizaret jussimus. Tumore ventris & femoris indies incrementum capiente vocari jussimus Dm̄ Deighton Chirurgū qui cum veniret, quod cataplasmata recenter apposita fuissent tumoribus palpandos distulit in crastinum. Ego interim exhibui ægro pulveris nri Bezoartici g. viij ex tribus cochlearibus haustuli cardiaci, compositi ex aqua cardui, syrupo de tuforio acetoso, Diascordio, & diamarg: frigid: Noctem similiter duxit insomnem, sed post sudorem universalem videbatur alleviatus, nec ita ut antea hinc & inde se jactitabat in lecto.

4. Julij Ante tertiam matutinam importunius rogat nos ut vocari curaremus Dm̄ Deighton, qui vocatus venit, & examinato tumore prioris cataplasmatis loco hoc substituit quod Recipit florum chamomæli ℥ij Meliloti ℥iij Rosarū rubr:

℥iß. Semin: anisi, fœnic: ana ℥ij. fœnu græci ℥iij. Lini ℥iß. f. omnium pulvis. In lacte & lixivio cum mica panis ad inspissationem coctis adjice in fine huius pulveris q. s. Dum tamen idem pharmacon præpararetur nostrum vulter tumori apposuimus ac exhibita potione cardiaca cum g. 8. pulveris nri bezoartici ut se quieti traderet consuluimus.

Sequenti aurora circa octavam matutinam erumpebat sudor resolutivus, q cœpit se prodere in fronte & manibus, cum magno spirituum vitalium deliquio ut apparebat ex pulsus intermissione & debilitate ac proinde periculum imminere prædiximus; Obijt itaque circa nonam vespertinam.

LXVI. Status Dni Wood ab Brucrup, delineatus 28 April. 1624.

Temperamentum Dni Wood ante hac optimæ fuisse constitutionis tum ex bono corporis habitu, tum ex actionum integritate collectu facile est. A septem tamen annis εὐκρασία illa in dyscrasiam sensim degeneravit, ut patebat tunc

temporis ex crurum tumore; Unde ut sanitati suæ consuleret thermas Badenses adyt; sed post circiter balneationes, paroxysmum in itinere cum domum vergeret nephriticum passus fuit. Priusquam autem nephritidis causam attingam, quæ jam præcavenda venit, pauca præfari de causa tumoris pedum statuo. Ante illud tempus semper bene se habuerat & tunc in ætate ut puto consistente, calor naturalis cuius præcipua sedes est in hepate & partibus nutritioni dicatis, debilior erat quam qui posset exquisita elaboratione succum alimentarium ibi concoquere; Œconomia vero hepatis & ventriculi vix constabat defectu caloris naturalis præcipui scilicet eorundem instrumenti. Inde hepar calore præternaturali æstuans, alimenta non absolute digesta rapacius ex ventriculo attrahebat. Cruditatem autem illas cum hepar probe corrigere non posset, ac naturæ interim oneri essent, hæc cœpit illas motu quodam ecretico in partes à fonte caloris remotiores & suâ naturâ ignobiliores sua sedes, præcipitare. Quare ut materiam illam discuteret & evaporaret noxiam thermas aliquoties ingressus fuit: Ubi quidem

balneo calido sicco humidiores & tenuiores partes evaporatione & sudore discussit; sed crassior portio in renes deturbata propter eorundem siccitatem iisdem adhaesit, eorumque calore non naturali fuit mutata in calculos friabiles, non duros, quippe qui in lotio reperti effusa urina vel levissime tacti in arenulas dissipantur. Ab eo tempore paroxysmos aliquot sensit praecipue vere & autumno: His addo quod aliquando in regione renali calorem percipiat quasi fluidum & subito evanescentem, sed recurrentem, hoc patris intemperiei calidae calculis generandis aptissimae attribuo. Praeterea cum opus aliquod intendit in quo declivi capite & incurvata spina opus sit tunc inaequalitatem aliquam percipit in lumbis. Paroxysmos quos novit concomitabantur haec symptomata, vomitus, hypogastrii dolor, & urina sine acrimonia dolorifica semper aliquando tamen quasi titillationem in meatu urinario dum transit repraesentare videtur.

Ex hisce omnibus colligo hepar & renes balneationibus istis in aquis sulphureis calidis siccis intemperiem acquisivisse calidam siccam; Hinc illud

materiam extrudit in venis viscidam & tartaream hi vero eam arreptam, cum calculus generandis aptissima sit, in calculosam vertunt arenam; Ut autem periculum gravius declinetur in tam obæso corpore multa stricte observanda veniunt tum ægro tum medico. Æger medicum juvabit suâ castemperantia & in victu parcimonia, præter quam requirerem cibos boni succi & facilis concoctionis, delectum vero ejus committo judicio. Abstineat ab omnibus humores viscidos producentibus ab exercitio item valido & somno statim post prandium aut cœnam à potu omni generosiori & penetrantiori. Quædam enim ex his cruditates alia vero renum & hepatis calidam siccam augent intemperiem. Positâ vero utraque causâ materiali scilicet & effectiue in agente nunquam otioso proculdubio subsequetur effectus. Hæ autem causæ quomodo præcidendæ à parte ægri constat, jam quid medico agendum ut naturam depravatam corrigat dicendum.

Cruditates primum sunt tollendæ non solum illæ quæ hepatis parenchymati impactæ sunt, sed & illæ quæ jam in renes

quæ jam in renes decubuerunt. Hoc autem fieri non debet nisi prius prima regione probe repurgata. Prima itaque die ad evacuandam saburram totius ventriculi exhibui illi Vomitorij nri ℥j sed duo tantum habuit conamina sine vomitu, & semel tantum dejecit.

Sequenti die exhibui illi hanc potionem dejectoriam quæ Rx Infusionis nostræ purgantis ℥iij Syrupi de Eupatorio, Augustani ana ℥vj Pulveris nri semnæ ʒj. Magisterij nri tartari ℈j M. f. potio. Dejecit octies.

Sequenti die ut & quarta exhibui illi ℈ij pilularum mag. nephriticarum.

Quinta die injunxi ut caperet singulis auroris spacio 6 dierum g. 10. balsami nri nephritici ex haustulo lactis recentis. Unde ita bene habuit ut singulis annis eis vere sciuscet & autumno eundem cursum semper repetierit.

LXVII. Status Dni Ægidij Robbins 8. Maji 1624.

Senex hic consilium petiturus me convenit examinatis symptomatibus reperi eum ulcere vesicæ-

detineri, causam procatarcticam existimo catheteris usum ab imperita manu vesicæ infrusum; continentem vero calculum, vel materiam visciodam iisdem generandis aptissimam, quibus meatus urinarius tunc temporis obstructus impediebat quo minus totum redderet. Annum approximauat sexagesimum, & à tribus annis jam correctus fuit hoc vitio. Vix insidere potest commode utrisque natibus, quod in ejusmodi postura ulcus comprimatur. Jam cura consistit in corrigendo urinæ acrimoniam sero lactis medicato, & consolidando ulcera tum meatus urinarij tum vesicæ specificis medicamentis.

Dedi illi itaque prima die pilulæ purgantis ℈i. Postea Nephriticarum doses tres. Aquam præterea præscripsi colcotnarii injiciendam syringa ac deinque balsami nephritici ʒ. 8 præcipi capiendas ex haustulo poscebi mane & vesperi spacio mensis composito ex herbis vulneraria: ... adianthi, agrimoniæ, betonicæ, ... quæ alteratæ & dulcorato saccharo. Inde ita bellè visus fuit habere ut in totum se pristinæ sanitati restitutum se asseveret. Verum vereor ne malum successu temporis recrudescat

qua conqueritur aliquando de urinæ acrimo-
nia, nec non de irritis naturæ in deponenda al-
vo conaminibus; Unde suspicor calculum in vesi-
ca formatum majora pericula minari. quod De-
us averruncet.

LXVIII. Status Dnæ Holliday delineatus 28. Febr: 1631.

Hora 9 vespertina 27. huius mensis voca-
bar ad hanc ægram quæ tunc menstruis
nimis copiose fluentibus patiebatur synco-
pen afficiendi equum & eam tt amorum
invisi. eamque reperi quasi agonizantem
tam propter amissi sanguinis copiam quam
propter ejusdem malignitatem quam stag-
nando in uteri fundo acquisiverat; vapo-
res enim inde elevati caput & cor ferie-
bant, unde scotomiam, & syncopen indu-
cebant. Statim igitur applicui Epigastrio
sub utraque mamma cucurbitulam revulsio-
nis ergo; Deinde apposui ~~ad~~ hypogastrio
Emplastrum hystericum adstringens nostræ
præscriptionis; Ac denique exhibui ægræ-

duo cochlearia subscripti julapij, totidemque
petenda singulis horis imperavi tota hac nocte
unde in summa debilitate transegit noctem, sed
fluxus ille mensium in totum erat cohibitus
circa auroram. Ad recocillandas vires itaque
tace illi sorbendum saepiuscule exhibui jus-
culum quod R. pullum gallinaceum cas-
trosum sed non pinguem. hordeum decorti-
catum, cynnamomum pauculum rorismari-
ni & thymi nec non pauxillum salis un-
de circa meridiem ita recreata fuit ut
frustulum carnis porcelli ederit. et tunc
asserebat aliquantulum menses potius stil-
lare quam effluere, quod mihi attijt quia
timendum non erat ne sanguis tromboticus u-
teri capacitati inclusus putredine sua symp-
mata renovaret. Exhibui illi itaque hora som-
ni ʒβ. Confectionis alkermes ex jurapio car-
diaco, unde post horam affatim de novo effluebat
bat sanguis valde floridus quod eam perterre-
bat. sed cum pulsus constaret non admodum
hoc naturae conamen bertinescendum esse asse-
rui. Interim exhibui illi ʒβ. pulveris nostri

hysterici adstringentis ex tribus cochlearib.
julapij appropriati, & venæ cavæ regioni ad
lumbos apposui linteum oxycrati mimetum
& calefactum ad cohibendum sanguinis im:
petum; Unde moderatius sanguinis profluvi:
um Nocte hac dormivit, sed non sine
timore lypothymiæ & syncopes expergiscebatur.
tur. Vocabat circa quintam matutinam ex:
hibui itaque ægræ prius ovi recentis vitel:
lum ex haustulo brodij Post horam dedit
iterum circiter ℥ j julapij cardiaci cum ʒß
confectionis alkermes propter insigne, de quo
conquerebatur, spirituum deliquium, Et tunc ita
dejecta videbatur, ut nullam recuperandæ vale:
tudinis spem superesse assereret. Bono eam esse
animo imperavi, pulsus enim constabat arguens
facultatum vitalium robur. Statim a septima
allatum mihi fuit lotium ægræ inspiciendum
quod cruentum erat & præterea patopsidi lig:
neæ in qua minxerat duo insignes ut puta:
vant sanguinis trumbi mihi offerevantur con:
siderandi. Quibus prope examinatis reperi abor
tum esse a natura exclusum, chorion enim am:

bebat utramque maxillam. sed ita masticabat propter insignem putredinem qua corripiebatur ut mulierculis assistentibus imposuerit existimantibus esse sanguinem trumbosum; hae autem statim agnoverunt errorem cum illis cystim explicarem. Putrida adeo erant omnia ut vel ad tactum lacerarentur. Et postea plurimos habebat paroxysmos syncopen minantes unde conjiciebam reliquias superesse in si utero inclusas, Exhibui illi itaque cochlearia duo syrupi de arthemisia ex haustulo posset, unde cum lotio exclusit pelliculas aliquot nigricantes & putridas circa quartam pomeridianam. Mirandum quidem est quod natura non insurgat ad excludendam hanc materiam noxiam variis conaminibus, totum enim illud quod hactenus prodiit fuit effluxit potius quasi suo pondere dejectum quam exsiliit quasi expulsum. Verum hoc partim attribuo viribus uteri expultricibus debilitatis, diuturno hoc & copioso sanguinis profluvio hanc excretionem praecedente, partim vero insigni putredini ipsius embryonis membranarumque eundem ambientium, ita ut sponte decidant cum diutius cohaerere nequeant. Pro coena edit frustulum carnis vervecinae; & bibit haustulum cerevisiae. Hora somni exhibui illi denuo coch[illegible]

syrupi de artemisia ex pauxillo poscati dormivit bene placideque quievit tota nocte, & solitus labor post somnum eam non detinuit. Circa duodecimam minxit lotium coctum & in copia decenti; circa 4tam matutinam deposuit alvi σκύβαλα; et cum illis uterus exclusit aliquot vessiculas nigras & putridas. Reddidit lotium denuo hora sexta matutina non minus laudabile priori; Bene se habere asserebat. Lypothymia eam non detinuit hac nocte & jam expectata videtur incipere frui valetudine. Monui illam itaque ut singulari cura recidivam declinaret. & ne aliquid superesset in utero materiæ noxiæ imperavi ut reberet haustulum poscati medicatum syrupo de artemisia. Alvus quamvis illi sit dura eam tamen semel quotidie deposuit. Ita ut non opus fuerit novi sollicitare naturam enemate, præsertim cum sanguinis tenuitas ad uterum delata prona ejus iniectionem dissuaderet.

Tota hac die satis eleganter se habebat usque ad duodecimam meridianam tunc enim calore præter naturam universa iret expanse æstuabat quod acceptum ferendum censebam frigori cui se ex-

posuerat circa nonam matutinam, dum mutata vitta
capillos fluctuantes revinciret; Vereor enim ne tunc
temporis combuerit tetros vapores quos insensibili e-
vaporatione natura conabatur excludere. Leviter
sudabat circa 3tiam pomeridianam. Lotium hora duo
decima redditum erat intensum plus solito, & post-
quam residisset crassamentum potius quam laudabi-
le sedimentum fundum matulæ petebat. Minxit u-
lotium circa quartam crudum & subcitrinum. Circa
nonam turbidum; Circa 6tam matutinam initia
concoctionis habens sed imperfectæ. Sudor qui in-
ceperat circa tertiam ~~matutinam~~ pomeridianam auge-
batur usque ad duodecimam cum facili quidem to-
lerantia, sed sine insigni levamine. Circa quintam
matutinam dormiebat & a somno libera erat a
febre; Noctem duxerat insomnem quamvis quiete.
Hora decubitus erat 6ta vespertina diei Veneris
paroxysmi vero huius febrilis 12 meridiana diei
Jovis subsequentis, & sudoris erumpentis 3tia pome-
ridiana ejusdem diei, quatuor scilicet horis ante
initium diei septimæ; Sudor ille tamen continu-
abatur in nonam usque quintam matutinam & cum
fuerit non nimis profusus nec nimis velox, cum
εὐφορίᾳ & notis concoctionis apparentibus quan-

quam imperfectis. pulsuque laudabiliori. ~~[illegible]~~ spero eum potius fore si non judicatorium tamen indicatorium quam symptomaticum; aut resolutivum. Circa 6 matutinam dejecit album item 12 meridiana nullis sollicitata remedijs; Et lotium hodie notas habebat incipientis concoctionis. Pulsus tamen debilis admodum; sed multo minus inæqualis quam hesterna die; Jusculum bene capit sæpiuscule & mediocriter se habet ad oblata. Dedeiam illi circa 7 matutinam ad recreandos spiritus vi paroxysmi febrilis fatiscentes dosin julapij mi cardiaci cum Ʒi pulveris mi alexiaci unde non parum allevata fuit. Circa secundam pomeridianam incepit æstuare sed non ita vehementer ut hesterna die. Minxit hora 4 urinam crassam cum spissamento migricante. sudavit sexta. natura conante excludere cacochymiam venis inclusam sudore. Paroxysmus eam adoriuntur sine rigore, sine horrore sine præcedente extremorum frigore. Forte quod natura sit impar propter debilitatas vires, colligere calorem nativum ad concoctionem materiæ morbificæ. Totum opus commisi naturæ hac nocte bene dormivit, Lotium in aurora conspicieba,

tur cum laudabiliori sedimento. Pulsus facultatum
vitalium recollectionem sua vigore, & immuni:
tatem à febre sua æqualitate arguebat. Sabu:
lum hoc mane copiose una cum urina excretum ar:
guit intemperiem calidam siccam renum, materiam
tartaream exsiccantem, Excitatam autem puto a conti:
nuo ægræ decubitu plerumque enim supina jacet.
Quare consilium illi exhibere Dj Cris: ocul tar-
tari spacio aliquot dierum ad expellendas are:
nulas ne tandem renum calculum causent. Dejecit
non provacata natura alvum circa decimam ma:
tutinam & bene se habere asserebat nodic ta:
men diætæ tenuioris continuationem imperavi me:
ru paroxysmi expectati. Lotium tota hac die insig:
nes habebat notas concoctionis. Circa sextam vesper:
tinam novus insultus eam adorsus est, sed priori
ous multo levior & brevior, unde nimis febris
symptomatica ab inquinamento majore sangui:
neæ propter tetros vapores quibus uterus propter
putridum embryonem scatebat, declinationem ac
manus esse conjicio. Verum hanc noctem non ita
bene transegit ut præcedentem, æstus enim præ:
ternaturalis furorem extrudebat sed modera

tum cum mediocri tolerantia spacio 2 hora:
rum. Et in aurora una cum lotio excrevit
pelliculam nigricantem; Purgare eam consti:
tui hodie quæ est octava decubitus, ppter co:
piam humorum qua turget ægra ut apparet ex
urina crassa non critice deposita: fæculenta ad
modum & fœtida & quantum sanguinis ichores
a naturali constitutione secessernt propter malignos
vapores uberimos, fœtor sudoris satis superq; ar:
guit. Exhibui illi itaq; circa 9 matutinam post
paroxysmum cum deseruisset hanc potiunculam
℞ Infusionis purgantis cholagogæ & phlegmago.
gæ ℥iij Syr: rosati compositi cum agarico ℥j
Mannæ ℥ß. Syrup. calcant. g. ij M.
Et præparavi has pilulas exhibendas sex ad mi:
nimum horis ante accessum ad ℈j quæ reci
piunt Castorei ℈ß. Calami aromat: C. Cervi pp:
Myrrhæ ana ℈j Mithridatij ℈j Croci ℈j Sani
arthemij g. viij Cum s. q. syr: de arthem. M.
f. pil. ad corrigendam uteri intemperiem, ejus:
demq; repurgationem.
In initio paroxysmi Institui exhibere illi ℈j Cor:
nu cervi præparati ex julapio appropriato ad ju:
vandam facultatem expultricem massam sanguinis

defæcare conantem sudore fœtido & graveolente,
nec non ad corrigendam materiæ malignitatem.
Spatio 8 horarum ab epoto pharmaco dejecit sexties
primo quidem intestinorum saburram postea vero
humores mixtos in exigua tamen quantitate; Circa
primam pomeridianam absoluta operatione cœpit
dormire; somnus vero non durabat ad horæ qua:
drantem propter novum insultum febrilem. Causam
huius febris antecedentem suspicor fuisse magnam
spiritus vini copiam ingurgitatam tunc cum hypochon:
driam vereretur propter sanguinem a lochiis effluentem ante abortum. Hinc enim ebullitione in
ipsa massa sanguinis concitata, supervenientibus
vaporibus ab utero fetidis, inquinamenti putridi la:
bem recepit sanguis validiorem, quam resolutam ca:
lore febrili in ipsis paroxysmis natura protrudit me:
derato sudore, nec non ~~cum~~ urina; hac enim jam con:
spicitur cum copiosa materia tartarea quantitate. Hy:
pochondriam verebatur circa 5. vespertinam ideo ex:
hibui illi dosim julapij cardiaci cum ℈j pulveris
nostri alexiterii. Post horam sumpto jusculo dormi:
vit placidiuscule sed somniabat propter evaporatio:
nes a peccantis materiæ effervescentia caput petentes

& phantasiam afficientes. Dormiverat tamen
post noctis duodecimam quietius, & in aurora
melius se habere asserebat. Pulsus tunc de-
bilis quidem erat sed aequalis. Excrementis
alvi sanguis commixtus erat, quod arguit re-
liquias adhuc superesse in ipso utero. Circa un-
decimam novum insultum passa fuit, sed praece-
dentibus multo benigniorem, dormiebat enim ad
horas duas statim a paroxysmi initio & tum
sudore halituoso & benigno fiebat eiusdem
solutio. Circa 2 pomeridianam cum faecibus
alvi uterus excrevit aliquantulum sanguinis.
Circa 4tam minxit lotium liquorum simili-
mum cum notis laudabilis concoctionis, unde
virium ex pulsu & loquela animadvertebam sin-
gularem refocillationem quod acceptum feren-
dum censebam exhibito cornu cervi praeparati
ʒj ex julapio appropriato in ipso accessus
principio. Hora nona sumpto haustulo sol-
eti acidato succo limonum dedit se quieti,
Verum non potuit dormire usque ad duodecimam
residuum noctis tamen transegit placido somno.

circa decimam vespertinam lotium erat crassum propter materiam tartaream quam natura hac via excludebat solutam scilicet & fusam calore febris in paroxysmo. In aurora autem non ita crassa sed minus laudabilis quam hesterna circa 4tam pomeridianam mista, habebat tamen notas concoctionis & tunc debiliuscula erat ægra. Eximium illi ex sulculo crus-silorum tartari. Continuatione horum medicamentorum sensim Dei favore convaluit.

LXIX Literæ datæ Dno Doctori Ashilberto quibus consulitur an sit tutus usus thermatum, paralytico illo suspectus propter intemperiem calidam siccam in illo ægro 7. Martij 1631

S. P. Cum variis hic æger jam affectus fuerit ab anno, affectionibus, quorum unus non contemnendus fuit paralysis, eadem auctor illi fui V. Excellentissime ut te consuleret super dubio de usu thermarum Bathonensium. Siquidem enim non raro corripitur tumoribus præcipue manus & cruris debilitati post curatam resolutionem. Qui incommodo quam apposite mederi valeant thermæ

ritio satis superqz dicitur. Verum tanto æs:
tuant calore præternaturali ejus hepar, renesqz
ut habet ex sibi continua & nimia fæcibus tar:
tareis scatente, ut vereat ne noxa ex hoc sal:
neo nice visceribus tanta contrahatur ut com:
modum in resolutione & tumoribus desidc:
ratum vix sit compensatura. Ex tuo itaqz nu:
tu hic pendent omnia, pro ut statueris: sic
progrediemur. Tument illi non raro pedes –
propter debilitatem facultatis concoctricis, quæ
alimenta ingesta imperfecte concoquit. Remedijs
medijs, quaqz methodo hic naturæ opem fe:
rendam censeas nos edoceas obnixe rogamus.
Tu me pro singulari quo polles acumine eru:
ditiorem reddito, & sic me in perpetuum tibi
devincies. Vale Vir Excellentiss. & me
amare perge. Dabantur raptim. 7. Martij.

LXX Status Dni. Gulielmi Huntiæi scorbuticus delineatus 5. Martij 1631 Missus DD. Baluæo

Quantum ex colloquio habito cum ornatissimo

viro D. Doctore Balyaso, examinatione symp-
tomatum & lotii inspectione conjicio virum
hunc annorum plus minus 40, constitutione natu-
rali melancholicum, jam laborare statu scor-
buto confirmato. Et quamvis hic affectus non
semper sese in omnibus ægris iisdem manifes-
tet signis, cum in quibusdam mox in principio
sanguinolentia gingivarum, in aliis maculis in
cruribus aut brachiis, in aliis vero aliis modis
se prodat, tamen hoc affectu hunc corripi ægrum
ambigendum non est, sed altius res repetenda
venit ut quo argumento ad id statuendum in-
ducar, exponam. Conqueritur iste de dolore
gravativo hypochondrii sinistri propter magnam
copiam succi melancholici ibidem coacervati, na-
turâ scilicet pronâ ad hoc vitium propter
constitutionem naturalem ut patebat antehac
cum valeret ex habitu corporis & faciei colore
squallido. Cum autem lien naturaliter gaudeat
humore crasso obstructionibus aptissime mirum
non est si in hoc ægro concurrente diæta minus
conveniente, & vita quasi sedentaria prius hoc

viscus ob-

structum & postea sensum hoc virus, a liene propter offensam exclusum per totum corpus dispersum redundaverit in venis: Unde stimulata natura insurgit ad materiæ peccantis expulsionem si vires sufficiant huic conamini; ac cum ad musculorum radices protruditur enervat membra; sin vero crudior congeries præcipitetur ad tibias, inflat easdem, maculisque non raro ob ebullitionem sanguinis corrupti turpiter defœdat: Partibus vero nutritivis hac sarcina gravatis anxietatem, hypothymiam, cardialgiam, & quid non? inducit. propter organorum facultatem diuturno ejusdem accubitu eo usque labefactatam, ut imbecillitate caloris nativi copia flatuum primam concoctionem fere obruat, & hæc apepsiæ & bradypepsiæ causa, cujus soboles est cachexia, tam ob sanguinem depravatum & ad nutritionem corporis ineptum, quam ob hepatis debilitatem non valentis attrahere chylum meseræo contentum; unde alvus tam prona ad lubricitatem. Quos autem progressus malum fecerit urina admodum rubra indicat propter ebullitionem tartari scorbutici fundum matulæ post coagulationem petentis. Et ut multa paucis cum per

R.

per multos annos diathesis huius ægri hic noc in:
cinaverit, jam autem pleraqz enarrata symptoma:
ta maium altissimas egisse, in hoc subjecto ra:
dices, testentur; non multum à scopo me aberrare
existimo, dum affectum nunc scorbuticum confir:
matum esse contendo. De pulsu præterea tanquam
rem facultatum vitalium indicante, & omnium sig:
norum syndrome hoc tantum dico: Rem esse
arduam et ancipitem, multisqz egere industriæ
Medici conaminibq, sedulaqz ægri obtemperan:
tia, ut hic salutem optatam adipiscatur, ille
verò debito sibi honore non frustretur. Certa
Ornatissime D. Doctor tentasti, idqz ex artis
præceptis habita ratione morbi, symptomatum
partium quovis modo affectarum, temperiei, &
virium, Macte, & quo cœpisti pede perge,
Enarratam medicamentorum seriem repete, Ægri
obsequium urge, topica regioni hepatis & lienis
applicanda non neglige; Succos antiscorbuticos
mixturam, & quæcunqz in usum præsentem pro:
futura censes pro solito erga nunc Novum
studio continua. Deum ter optimum maximum
rogo ut tuâ operâ cliens tuus meus optatæ

restituatur incolumitati. Vale Vir Excellentis-
sime, me amare perge & studio cavore
effusa vani bonique consule.

LXXI. Status Dnæ Brownina delineatg
11 Martij 1631

A sex septimanis cœpit hæc ægra laborare
& in principio post somnum corripiebatur vomi-
tu spontaneo propter saburræ copiam circa vis-
cera concoctionis hyberno tempore collectam. Con-
suluit itaque nescio quem medicum, qui vomitorijs
& dejectorijs medicamentis sarcinam expellere cona-
tus fuit, sed frustra. incidit enim statim a
principio in autizmem cum deiecto appetitu &
facultatum naturalium tanta debilitate ut in
atrophiam ægra incideret. Vocor itaque & ego
10 die huius Mensis & cum meseraeum nec
non meatus cholidochus & hepar obstruantur
ut patet ex dejectionibus emeticis, appetitu
deiecto, vomitu spontaneo, & dolore Hypo-
chondrij dextri gravativo, Præscripsi illi me-
dicamenta subscripta deopilantia. Secta enim
illi fuit vena bis ante meum adventum ad

uncias sanguis illi emissus fuit singulis vicibus sed sine ullo emolumento.

℞ Specier Electuarij nři Aloriani ʒ ʒ bj Extracti nři rosati ʒij Cum s. q. syr. de cichoreo compositi M. f. pil. quarum capiat duas singulis auroris jejuno ventriculo cum exercitio. Post horam sorbeat jusculum appropriatum ex radicib. Cichor: & fœnic.

℞ Elect: Aloriani ʒiiij Cap. quantitate avellanæ 3ta pomerid. cum moderato exercitio.

℞ Ung. nři Lisanotici ʒij Laterini nři ʒj Ol. chamom: ʒß. De althæa ʒiij M. f. linimentum, quo inungat scirrhosum tumorem Epiploi in hypogastrio sinistro ex diuturna febre intermittente quartana, & utrumque hypochondrium.

Quod si alvus non respondeat imperavi ut sequenti nodulo cerevisiæ immerso spatio 24 horarum eam sollicitaret, sumendo semel ejusdem haustulum unica hora a devoratis pilulis

℞ Marrubij albi, Agrimoniæ ā. M ß. Cichorij semina ʒß. Rhei electi ʒiii. Agarici recenter trochiscati ʒj Uvarum Corinthiacarum contus. ʒj

Liquirit rasæ ʒij ß: Corticum radicum franguiæ ʒij
Radic. cuchor ℥j Rubiæ tinctorum ʒß. Se:
minum anisi . faeniculi ana ʒij Cymamo: ʒij ß.
Omnia incidantur, & contundenda contundantur
fiat saccus cum silice ut petat fundum.

LXXIII. Quædam super statu clarissimi viri Dni Bridgman delineata 13 Martij 1631

Repetijt cursum vir mi celeberrimus 12 hujus Mensis propinylaxeos ergo & a sumpta potiuncula præparatoria dejecit sexties; sequenti die solummodo exhibui illi colaturam potionis descriptæ pagina secunda rejectis pulverib. postquam eorundem infusione vires medicamenti auctiores factæ fuissent, in cinerib. tepidi ... spacio 12 horarum, unde dejecit undecies cum eug... & levamine, phlegmatis & melancholica satis magnam copiam. Cum enim ratione ætatis declinantis sexagesimum enim agit jam quartum & caloris debilitati ratio havenda sit præcipue viriium benigne admodum agendum esse statuo metu ὑπερκαθάρσεως. Reliqui illi itaque Electuarium ibidem præscriptum ad corroborandas facultates naturales & refocillandos spiritus animales. In quem finem ut singulis noctibus hora somni caperet ejusdem circiter ℥ii imperavi.

LXXIIII. Status Domini Harbert delineatus 22 Martij 1631.

Conqueritur hic D. annorum circiter 38. de frequenti capitis dolore, gutturis circa laryngem angustia, cum difficultate deglutiendi, crurum tumore circa vesperam, & volarum manuum, nec non plantarum pedum æstu prurituque tempore nocturno, quæ omnia soboles sunt hepatis præter naturam calidi, & ventriculi frigidioris æquo. Huius intemperiem convincit ructuum frequentia. Illius vero color vividus, & calor manuum pedumque præternaturalis præsertim noctu. Cum autem Hepar avidius ad se tranat cibaria & potulenta, antequam scilicet perfecta concoctione primâ ventriculus ea satis elaboraverit, nec hepar delutum ventriculi corrigere valeat, superest ut sero crudiori, & sanguine superassato negotium facessat naturæ, quæ insurgit ad expellendas fæces superassatione & præcipitata conco:

tione acuatas portionemq; tenuiorem ad meninges & cerebrum, quod est tanquam labium resistatum, provenit & vellicando meninges dolorem capitis inducit. Crassiorem vero ad crura propellit, idq; præsertim ab exercitio vel diuturna deambulatione; partim propter facultatis excretricis irritationem, quam calor motu excitatus stimulat, partim quoq; propter calorem crurum attrahentem. Istu itaq; primo cruditates ventriculi, hepatis, & meseraici [illegible] pharmaco subduxi. Deinde dosin crystallorum tartari ex brodio sumendam singulis auroris præscripsi, tam ad tollendas obstructiones viscerum concoctionis, quam ad compescendum hepatis fervorem, & viam naturæ ostendendum ut serositates noxias lotio excernat: continuationem ad octiduum injunxi. & duabq horis ab assumpto jusculo imperavi ut biberet haustulum cerevisiæ [illegible]: Ut autem promoverem concoctionem ventriculi præscripsi illi Electuarium compositum ex stomachicis & cephalicis sumendum singulis noctibus ad

quantitatem avellanæ. Absoluto hoc octiduo Conservam Radicum cichorij sumendam singulis auroris præcepi ad ʒij ad corrigendã intemperiem calidam hepatis. Et rebus sic constitutis semel in septimana pilulas hepaticas & cephalicas sumendas reliqui. Quibus ut Deus ita faveat ut hic D. diu incolumi pata fruatur valetudine, opto.

LXXIV. Status Dominæ Mariæ Peters delineatus 27 Martij 1581

Ægra hæc annorum circiter 24. ante puerperium febre laboravit intermittente cum gravida esset, tribus vero mensibus post partum incidit in paroxysmum ut quidam putant nephriticum propter insignes dolores de quibus conquerebatur dorsi scilicet & hypochondrij cum vomitionibus aliquot. Verum rebus exactius examinatis totum acceptum referendum censeo lochijs non rite repurgatis in puerperio, quarta enim die stetere, & ab eo tempore ne apicem fluxus menstrui vidit; cum autem antehac habuerit menses in magna quantitate fluentes, lochia in quinque puerperijs copiosa. Urinam intense crassã

turbidam & crudam statuo obstructiones praeci-
pue venarum uteri omnis mali causam anteceden-
tem; continentem vero pauxillam stagnantem
in meseraeo, pancreate, & hepate. Ut itaque
huic malo opem feramus haec indicationum
habenda cura. Primo removenda in primis
vijs sedentia ~~[illegible]~~ impedimenta; Deinde tempore con-
venienti sollicitandi menses, ac interim tonus
hepatis corrigendus ut natura valeat hac via
quasi per sentinam saburram deponere. Quae
omnia cursu therapeutico hoc absolvere co-
nati sumus.

℞ Scabiosae Agrimoniae ana summit. M. ss.
Radic. Cichor. ℥ j Polypodij querc. ℥ ij Rusci
℥ ss. Cornu cervi scob. ℥ iij Coq. in s. q. aquae
pro dosi. ℞ Huius decoct. q. s. Infunde in ea
clauso vase fol. Sennae orient. irrorato: succo limo-
num ℥ j: Agarici recenter trochiscati Rhei electi ana
℈ j Cynnam. ℥ j. Infundantur per noctem in cineri-
bus tepidulis Mane cola sine expressione.

℞ Huius colaturae ℥ iij Syr. de cichor. compos.
cum rheo ℥ j Mannae calabrae ℥ ss. M. cap. prima
die in aurora. Ab assumpto hoc pharmaco dejecit
octies.

Praeterea capiat bis in septimana ad minimum ℈i vel ℈ß suo sciptatum siruratum per horae quadrantem ante cœnam.

℞ Aloes succotrinae ℥ß. Rhei electi ℥i. Agaric. recent. trochiscati ℈ii. Myrrhae ℥ß. Foeculatum bryoniae, Diptamni cretici, aristolochiae rotundae, Croci ana ℈ß. Crystalloru tartari ℈i. Cum s. q. syrrupi de artemisia fiant pilulae molliores.

Praeterea capiat singulis auroris ℈i crystallorum tartari ex haustuo brodij aperientis partim praeparationis ergo, partim vero repurgationis causa praecipue hepatis & renum.

Denique Lotionis ergo post continuationem huius cursus usque ad decimum sextum Aprilis proximi, suaderem ut insideret huic balneo vaporoso quarta pomeridiana ad horae quadrantem dieb. tribus continuis.

℞ Parietari, artemisia, Chamaedrios. Senecionis, Malvarum, Tapsi barbati ana ℳ j Parietariae Rubiae tinctorum ana ℳ ß. Coquantur in lib. 4 vini albi ad unius tertiae evaporationem. Excipiat vaporem utero per embotum.

Quod si natura in mediis non obtemperet nec menses appareant: velim ut obstetrix absoluta sub-
mersionis diebus duas applicet intra domos pueroru
utero.
Hisce ut Deus faveat ex animo precor, ut aegra
haec membrana restituatur sanitati.

LXXV Status Nobilissimae Heroinae Dominae Harbert de mentis 31 Martij 1632.

Nobilissima haec heroina annorum plus minus 18. Detinebatur paroxysmo febrili ipsimo cum appellerem 20 huius mensis. corripuerat autem eam primus paroxysmus 19 die. h hodiernus productior erat praecedente, durabat n: ad horas duodecim priusquam declinaret; a quinta scilicet matutina ad quintam vespertinam. Cum ob-servasset tenorem tertianae cum totali inter-missione, etiamsi difficulter ferret accessum in-olentiam bene tamen de aegri salute sperandum esse duxi in aetate vegeta & viribus non prostratis: Causam autem antecedentem huius

case LXXV. 7579, leg 134v vol. 1.

This 'Domina Herbert', though called in the index 'Baronissa Herbert', cannot be the wife of Edwd. Ld. H. of Cherbury. He was made baron in 1629, his wife died in 1634, and their children were born in 1600-5 etc., whereas this girl is 18 in 1632

The dominus Herbert of case LXXIII was c.38 in 1631(-2), whereas Edwd Ld. H. of C. was born in 1583.

447

nec me

latis this.

puericolis

ut cesta

Hero:

eatus

plus mi:

ili gessimo

iparerat

sui, a

curabat n:

; a quinta

Cum a

ili inbet:

essuum ui:

speran:

us non

m huius

affectus status defectum repurgationis in puerperio ultimo. Viginti enim elapsis septimanis peperit filiolam, & tunc lochia aequo citius stetere; Unde a puerperio erupere varia maculae cutem conspurcantes ac postea papulae rubicundae in centro albicantes, natura scilicet insurgente ad propellendas has puerperij reliquias a centro & partibus nobilioribus ad circumferentiam & minus nobiles. Accersitus itaque tunc temporis medicus apertione saphenae sollicitavit menses & effectus votis respondit apparuere enim eadem die & fluxere spatio trium dierum quantitate & qualitate satis laudabili. Cum re paulo post medicamento dejectorio fomitem mali movere coepit idem Medicus sedecim reliquias morborum recidivas causantes nondum dissipasset quo natura vergebat repellentibus & discutientibus curarunt babulas; Ac inde materiae morbificae repercussione fomes recessit

ad praecordia, quae ibidem stagnando cum pu:
tredinem acquisivisset, febrem hanc successu
temporis causavit tertianam. Illa vero medio
destituta bis repetita dosi pulveris Dudlae:
ani, & semel sumpta assari solutionem
colluviei circa viscera concoctiones collectae
satis copiosam deposuit ἄνω καὶ κάτω sed
sine ullo emolumento, ut apparebat ex pa:
roxysmorum incrementis. Quia medicamenta
haec perperam administrata non alliciebant
specifice materiam morbificam. Ultima erat in:
tensa mora propter copiam biliis putrescentis
circa viscera concoctionis & cruditatem. Exhibui 2
illi itaque medicamentum cholagogon unde deie:
cit novies viscida & flavescentia cum singula:
ri euphoria; Sequente vespertinam absumi
ptam ... febrifugam utique castro, & paro:
xysmus incaluebat circa quartam matutinam
Remittebat autem circa duodecimam. Ita ut
hic sex horis brevior fuerit praecedente. Con:
querebatur domina potissimum in paroxysmo de

acutissimo capitis dolore ab excruciationibus bi-
liosis orto, quæ membranas cerebri dum velli-
cant mirum non est si tristem sensationem
inducant partibus exquisitissimo sensu præditis.
Totum in paroxysmo refertum erat fæcibus
biliosis. Sequenti autem aurora diei intermis-
sionis multo remissior erat cum signis lau-
dabilis concoctionis. Exhibui illi itaque jeju-
no ventriculo haustulum brodii tenuioris cum
℈j Crystallorum tartari, tam ad corrigendam
hepatis intemperiem, quam ad coercendum sanguinis
fervorem & eliminandas fæces morbificas per
urinam præsertim natura conante hac via
exonerare saburram gravantem viscera con-
coctionis. Circa quintam pomeridianam injici cu-
ravi enema carminans & emolliens ad minoran-
dam materiam morbificam unde dejecit bis.
Cœnavit moderate. & hora somni denuo alli-
gavi utrique carpo pulticulam febrifugam &
exhibui illi duas pilulas febrifugas, ac sic de-
dit se quieti. Verum sæpe expergiscebatur
hac nocte propter tussiculam frequenter recur-

rentem ab exhalationibus febrilibus pulmo:
nes lacessentibus. Circa quartam matutina
paroxysmus eam corripuit sine frigore,
vomebat bis bilem prassinam aestuabat cir:
abus horis & post totidem horarum sudorem
paroxysmus declinavit circa nonam. Tempus
pomeridianum transiit dormiendo & sequenti nocte
placide quievit: urina in aurora quo intensior
erat nec album deponebat; quare eam solutam
vi enemate circa quartam pomeridianam. Noctem
subsequentem solito placidius transegit antehac
enim nox paroxysmum praecedens erat laborio:
sa; Ingruit paroxysmus circa 4tam matuti:
nam aestum ad horam unam semis durantem
excepit sudor copiosus & universalis; quare
spero naturam faelici crisi evacuaturam mor:
bi reliquias proximo accessu. Continuandam
itaque pulticulam utrique carpo alligandam
5 ~~&~~ aut sex horis ante expectatum insul:
tum reliqui, & duas caperet eadem nota
pilulas febrifugas imperavi. Cum vero reliquiae mor:
borum non raro causent recidivas. eas potius

cholagoga

cholagoga post intermissionem paroxysmorum omnimodam eradicare statuo. In quem finem præscripsi illi hanc quæ ℞ Infus: purgantis ℥iij. Syr: de cich: compos: cum rheo Diaframæ calab: ana ʒj. Spir: calcant: g. iij M. Atq; inde profectus fui quinta die Aprilis.

LXXVI Status Novissimæ Dominæ Elizabethæ Cope delineatus 10 Aprilis 1632.

Domina hæc annorum circiter 48 constitutione ac pore obesiori alioquin multis fuit obnoxia infirmitatibus. Complexionis fuit & etiamnum est sanguineæ, sed dextra affligitur destillationibus propter hepatis æstuantis validam haematrosim quod dum affrauit calore suo chylum æquo velocius, vaporosas excitat exhalationes quas caput veluti labrum recipiens frigiditate cerebri convertit in pituitam tenuiorem & hæc caput gravans dilabitur ad maxillas & palatum rheumatismum causans. Diversorum usa fuit auxilio medicorum & jam defuncto ultimo assistentiæ meam imploravit opem. Cum autem turgens succus hepar onerans minetur suffocationem caloris nativi ictus vix cetus ac proinde hydropem præcipue jam appropinquante ætate declinante & Renes saburra scateant sabulosa

capitisq. dolores & destillationes frequentius re:
currant eo omni studio laborandum ut hepatis cra:
sis conservetur materiæ copia diminuatur & renum
saburra repurgetur. cerebri inimicitas præternatu:
ralis corrigatur & partes postea corroborentur,
ut quæque suo satagat officio. Sum itaque ubi
cujusmi therapeuticum præscripsi, præcipue cum
menses moveat laudabiles substantia colore quan:
titate & periodo. Non omittendum censeo quod
lotium reddat diversorum colorum aliquando in:
cruentum est aliquando nigrum aliquando sa:
turatum valde aliquando instar lixivii. semper
fere crassum, raro admodum tenue. pro ut mate:
ria tartarica in secunda concoctione elaborata &
vi caloris nativi defæcata hac via excluditur. Cruen:
tæ urinæ Hippocrates causam statuit ruptam ve:
nulam vel ab attritu calculi vel ab ~~ac~~ acrimo:
nia humorum erodentium in renibus vel a phleg:
mone colli vesicæ. Agnoscimus & aliam nempe re:
num debilitatem non rite secernentium serum a san
guine. Sed in hac ægra cum a motu vel equita:
tione, vel vectione in rheda vel deambulatione
potissimum urina cruenta appareat statuendum
censeo id fieri a calculo atterente ipsam re:
num substantiam, etiamsi dolorem percipiat mi:

sum aut raro exiguum in regione renali circa lumbos quia parenchyma renum non est exquisi: to sensu præditum. Cæteros vero colores causat vis facultatis expultricis errata. hepatis hac via quasi per convenientem sentinam excludens, nam cum præcordia & ventriculus hac sarcina ita gra: vantur ut ægra mutem sensationem cum anorexia & bradypepsia percipiat statim a depositione uri: næ crassæ & nigricantis manifestum percipit levamen, natura scilicet materiam offendentem hac via exonerante, morbumq; solvente. Cursis i: taq; hoc modo indicationibus prædictis, iis satis: facere conabimur.

... ad repurgandas fæces alvi portionemq; ... ... die, exhibui illi potiunculam hanc q. ... Infusionis purgantis phlegmatica & melanagoga ... ... ros: comp: cum agar: ℥j. Rhei pul: ... ... phlegmag: ... g. vj. Spiritus ... ... Unde dejecit septies: Et nocte subsequente ... dormivit. Sequenti aurora se nauseare ... ad medicamenta galenica expetebatq; ... illi præscriberem chymice præparata. Quare ... illi administrare sequentia.

℞ Rhei pulverisati ʒiij. Agarici recenter tro: chiscati ʒij. Pulveris ... Cathartici ʒj ß. Transsc:

athandaiii ℥ij Cinnam: ℥iß ℈m tib ℥i. Prius
irrorentur succo dimidij limonis, demum super
affunde Spiritum vini ut supernatet duobus di:
gitis fiat evaporatio omnis liquoris in cineribus
tepidulis. Exsiccato pulveres cum continua agita:
tione rudicula lignea ne Empyreuma contrahat
deinde pulverisa denuo. Dissolve, macera & ex:
sicca secunda vice & adde extracti nuc. tosti
℥ß. Aloes succotrinae ℥iij. Myrrhae electae
℥ij. Postea cum omnia pervenerunt ad de:
bitam consistentiam fiant Massulae. S. The
yong Lady Copes Pill. Adde Ol: cinnamo: gt. 6.
Capiat duas earum pilularum vel tres, hora
somni ad introitum lecti spacio quatriduj &
postea capiat semell tertia vel quarta die
spacio mensis ℞ Conserv: ciconor: radic: ℥iij Rosar ℥ij
Flo: anth: ℥iß Calami arom: ℈iij cum sir de
Praeterea capiat ad corrigendum aestum hepa:
tis & humiditatem praeternaturalem cerebri &
ventriculi quantitatem avellanae huius Electua:
rij singulis noctibus hora somni, illis scilicet
diebus abstinet ab usu pilularum, & tantundem
singulis auroris, Et abstineat interea temporis
ab omni potu domestico cuius loco hunc subsi
tuetet diaeteticum bivendum tam inter pastum
quam post & ante pro libitu.

℞ Sarsa parillæ non cariosæ ℥ viii Scobis ligni sassafras ℥ ij ß cal: arom ℥ ß Cynnamoni ℥ iij. Limat: eboris ℥ iv. incidantur omnia & coquantur in alæ medicis congius 4. Deinde cola & traijce per setaceum & additis fæcibus provocetur fermentatio & inde cerevisiæ seu potius alæ succi cochlearia iij. Succi nasturtii aquatici lib. iß. Absoluta fermentatione obturetur vas & post quinque dies incipiat usum huius potus.

Cum autem crebro conqueratur de dolore oppressi anulari sinistri quotidie detinentis & hypocondrij dextri recurrentis noctibus solummodo hisce medijs ei opitulandum censeo.

℞ Unguenti nr̃i Dialthææ ℥ iiij Olei Lumbricorum ℥ ij De terebinthina ℥ iß. M. f. lini. S. The Ointment for the left. Quo inungat partem affectam singulis auroris per horam unam aut alteram antequam surgat.

℞ Unguenti Rosati Refrigerantis galeni Santalini C. ℥ iß. Ol: amigd: dulcium ℥ j M. f. linimentum. S. The Ountment for the right side quo inungat hypocondrium dextrum hora somni.

Faxit Deus ut hisce medijs instructa hæc Domina fœliciori fruatur valetudine.

LXXVII Status Nobilissimi pueri Domini Henrici Sommerset delineatus 7. Maji 1632.

Puer hic annorum duorum incidit 3 die huius mensis in diarrhaeam phlegmaticam a corruptione ciborum in ventriculo; propter diaetam minus convenientem. Solebant enim famuli farcire eum cibis indiscriminatim, sine observatione temporis, & ~~aut~~ onerare laborantis ventriculum copia ingestorum singulis horis, unde corrumpebantur cibi & inepti fiebant ad nutritionem corporis. Noxium enim est clausum ventriculum ab assumpto cibo novis edulijs reserare, quippe cum cruditates inde ortae communicentur mesaraicae, & chylus in venis mesaraicis stagnando putrescat, quem cum hepar respuat superest ut febrem inducat nisi natura eum per [illegible]ma excludat. quod in hoc puero contingit, ita ut musculi abdominis conciderint quod malum pronunciat Hippocrates. Ac jam lienteriam habet Dejicit enim

ingesta parum aut nihil alterata cum
admixtione succi mucosi & viscidi quem
chyli portionem statuo a natura exoneratum
defectu facultatis attractricis hepatis
ideoque cum appulissem die quarta morbi
inquisivi quid adhibitum fuisset, & responderunt, exhibitum illi fuisse sal ex aqua
& farinam triticeam ex aqua ad enecandos lumbricos quibus puerulum infestari opinabantur. Cum autem continuatio ejusmodi diarrhoeae atrophiam non raro inducat
ac tabem universalem, cuius initium concidentia musculorum abdominis indicabat,
rem non pati inducias statui, ac proinde
... abdomini statim circa horam som
ni ... ex lacte chalybeato cui
... erant, consolida major cum radi
... foliis, bursa pastoris, corregio
la, & mentha crispa superaddendo pul
... in fine concoctionis olei rosati
... Et exhibui illi dosim Cor
... praeparati ex julapio approprato

bis deposuit illa nocte variegata & cru-
da; Sequenti aurora dosin denuo exhi-
bui C.C. praeparati ex lacte, & injunxi
ut biberet cerevisiam medicatam chalybe ig-
nito, unde nihil secessu excrevit usqz ad-
quintam pomeridianam, & tunc dejecerat liquida
mucosa, ex viridi flavescentia. Hora somni
apposui denuo ventri cataplasma & sic commi-
sit se quieti, verum inquiete transegit noc-
tem somnis aliquot brevibus & interpolatis
propter vapores tetros caput ferentes a ma-
teria corrupta in visceribus naturalibus sur-
sum elatos. Circa auroram dejecit viscida &
cruda, orizam scilicet parum alteratam quam
ex lacte ederat die praecedente; Exhibui illi
itaqz circa 6 matutinam C. Cerv: praeparati
& rhei pulverisati ā g. iiij Ex coch: in-
fusionis purgantis, unde post horam dejecit
biliosa & phlegmatica spumantia, cum ma-
teria ex succo melancholico frustulatim con-
creta instar corii bubuli. Tribus postea
dejectionibus similia continentibus opus absol-

lum fuit medicamenti, cum singultû re:vamine, cibum appetebat meliuscule tum in prandio tum in cœna. Hac nocte placide dormivit et tantum semel dejecit. In aurora cum expergisceretur totus erat coopertus sudore, ratione diversionis hoc illi proderit, quatenus natura vapores acres ad cutem protrudens recolliget eo facilius facultates retentrices viscerum concoctionis. Circa sextam matutinam secessu excrevit aliquot ascarides, Circa nonam mucosa & viscida deposuit, Quare exhibui illi cornu cervi præ:parati ℈ß. & tantundem pulveris compositi ex magisterio corallorum & perlarum, ex vasculo confectionis cydoniatæ, ante prandium corroborationi ergò. Circa tertiam po:meridianam demum exoneravit male cohærentia liquida, mucosa, & cruenta, sine ventris tor:minibus unde conjicio hanc non fieri ab ex:coriatione nec dysenteriam esse sed potius chylum in mesaraïs alteratum, nam quod cruentum erat solummodo, sanguinem ad:

modum pallidum colore imitabatur. Cum a-
ni vomitibus & dejectionibus spontaneis si qua-
lia decet purgari purgentur confert & facile
ferunt, teste Hippocrate. ideo ratione cu-
stodiae & levaminis a validis adstringentib.
abstinendum censebam, & interim omni inge-
nio promovendam statuebam facultatem con-
coctricem, cuius vitio hanc diarrhaeam cau-
sari manifestis constat rationibus. Circa
sextam vespertinam dejecit denuo liquida mu-
cosa vestigiis cruentationis imbuta, cum mag-
na copia frustulorum instar corii; quid sint
conjectura assequi nequeo nisi forte aliquid
nescio quorum ingestorum in sinuosis intesti-
norum flexibus stagnantium; Spem salutis
recuperandae auget quod facies vividiori
colore & oculis alacrioribus quodvis ob-
jectum contemplatur, sine ullis concurren-
tibus pravis symptomatibus. Circa octavam
denuo simili secessu exoneravit album. hora
somni apposui ventriculi regioni emplastrum
stomachicum ad promovendam concoctionem,
placide dormivit, dejecit semel cum consensu

supra descriptis. Colore viridiore fuere s'agi
genæ fregit diem haustu jusculi & postea
exhibui illi cochleat j. gelatinæ Cornu Cervi
specificis hepaticis & stomachicis medicatæ.
Dejecit duodecima viscida, liquida, ex viridi
nigricantia sine similibus contentis, sed cir-
ca 8 vespertinam ejusmodi frustula denuo ex-
crevit. Hora somni exhibui illi Эj Cornu
Cervi præparati ex cochleari gelatinæ C. Cervi.
Placide dormivit tota nocte & nihilominus
semel dejecit liquida, fœtentia cum ejusmo-
di frustulis. Ita ut mirum sit quid impe-
diat naturam quo minus suo satagant of-
ficio viscera concoctionis, Vires invalescunt
& facile fert æger hunc alvi fluxum, ideo
a valide adstringentibus abstinendum censeo
Post duodecimam simili dejectione exoneravit al-
vum & tunc a carnibus abstineret imperavi sub-
stitui autem ejus loco brodium, ovi vitellum, &
tunc profecti fuimus rus tota hac nocte bene
dormivit. & in aurora deposuit alvum ter spat-
cio duarum horarum, exhibui illi itaq; panatela

ex aqua chalybeata pane cribrato, sacharo
& pauxillo butyri recentis; ac imperavi ut sa:
pinscule ederet cochlear j. gelatinae cornu cervi
cydoniatae ad corroborandum viscera concoctioni
& resistendum putredini. Tota hac die nihil
excrevit usque ad septimam matutinam & tunc
dejecit liquida exhibui illi itaque statim compo:
sitionis incrassantis & adstringentis (cochl. una)
ʒß. Ex conserva cydoniorum & circa octavam
vespertinam dejecit liquida, circa nonam paulu:
lum inspissata, Hora somni itaque illi denuo
exhibui eandem dosin superioris compositio:
nis, unde bene transegit noctem sed dejectiones
paululum quidem incrassata erant sequenti auro:
ra, sed in illis tamen conspiciebantur nota non
satis elaboratae concoctionis, Omnia tamen in:
dies in melius vergunt; Circa quartam dejecit
paulo laudabiliora; Hora somni denuo exhi:
bui illi dosin compositionis inspissantis, pla:
cide transegit noctem, & omnia sensim votis
responderunt, ac sic Dei favore pristinae fuit
restitutus valetudini. Abstineret tamen imposte:
rum a diacydonio imperavi quia ejusdem frustula
parum aut nihil alterata excludebat.

LXXVIII. Status Nobilissimæ Dnæ f.mæ Cose delineatus 25 Maji 1632.

Dna hæc annorum octo supra septuaginta constitutionis naturalis calidæ humidæ deambulabat post cœnam sub dio, donec sudore cooperta esset, 19 die huius mensis, & sic refrigerato corpore ibat cubitum, dormiebat usque ad duodecimam & tunc experrecta conquerebatur de dolore pungitivo lateris dextri sub papilla, nec non de calore præternaturali per universum corpus expenso; Malum in dies incrementum capiebat propter sanguinis affluxum ad musculos ibidem pleuræ subjectos, residuum noctis ducebat insomnem tam propter vapores effervescentia sanguinis concitatos caputque petentes, quam propter lateris dolorem, tussi excernebat cruenta, male cohærentia loquebatur per intervalla ob exhalationes phantasiam afficientes. Vocabat in initio diei tertiæ ab hora invasionis. appuli sub finem ejusdem diei & examinatis omnibus, ex dolore lateris punctorie a papilla ad claviculam ten=

dente, febre continua, tussicula sputum cruentum proferente, indixi assistentibus eam corripi pleuritide exquisitâ. Cum autem ætatis ratione periculum in hac ægra majus illi impendeat aliorum doctorum consilia postulavi & cum morbus hic non faciat inducias statim ægram opitulandum censui; 4. Insomnem vero tran egerat noctem, ideo exhibito illi sorbili dedit se quieti & dormivit placide: Res est plena periculi & anceps tam ratione morbi quam effœtæ ætatis & virium; de recuperanda sanitate tamen omnimodo desperandum nō est, præsertim cum sputum non ita difficulter excludat. Habuit revolutiones & exacerbationes frigoris partium extremarum, bis terve durantis plus minus ad horam unam, unde assistentes concipiebant eam corripi febre intermittente, sed ego satius statuendum censeo hoc esse argumentum naturæ colligentis calorem nativum ad succurendum parti affectæ cæterisq; nobilioribq;, unde à peripheria ad centrum ferebatur, & sic manus facies, extremitatesq; cœteræ frigebant, frigus autem hoc excipiebat calor præternaturalis per universum corpus diffusus, vaporibus scilicet æstuantibus

cordi propter viciniam citissime communica:
tis. Lotium est crassum & intensum, indi:
catq; ichorum sanguinis maximam perturbatio:
nem. Pulsus durus qualis pleuritias familia:
ris & proprius. 4. Circa octavam matutinam ape:
rui basylicam dextram & emisi sanguinis circiter
uncias tres. quarum duæ erant putridæ tertia
fluente floridiori religavi vulnus. Apposui
præterea Emplas:trum diapalma irreatum lateri
dolenti & exhibui illi aliquoties paupillum
syrupi violati mixtum acetoso ad promoven:
dam expectorationem. Hora somni exhibui illi
specificum antipleuriticum ex ℥ß ℈j rasuræ
dentis apri cum julapio composito ex aquis
cardui albi, scabiosæ, Petasitidis & syrupo li:
monum, & cariophillorum cum pauxillo diascor.
dij. Verum hac nocte multum conquesta fuit de
dolore lateris, parum dormivit, sputum cruentū
adhuc quidem tussi evacuat sed lente admodū
& post longa intervalla; Quare ad stimulan:
dam facultatem expultricem exhibui illi cochlear
unum syrupi acetosi, & postea injunxi ut sæ:
piuscule lamberet aliquid huius compositionis
quæ ℞ Syrupi de prassio ℥j limonum ℥iß pa:
paveris erratici ℥ij Diaireos simplicis ʒß M.

ad promovendam maturationem materiæ mor:
bificæ. Urina initia habebat concoctionis, Pul:
sus erat durus & validus. Apposui itaqꝫ lateri
dolenti Emplastrum compositum ex oleo olivarū
resina, cera & succo rutæ ad evaporationem
succorum coctis. Circa quartam pomeridianam rin:
xit lotium jocito saturatius & intensius, quod
post refrigerium perturbabatur. Cum autem tale
nondum reddiderit ab hora invasionis hoc argue:
re statuo substantiam vaporosam calore febri:
li fusam jam excerni, quod si natura non co:
coquat materiam morbificam imposterum hoc ni:
hil boni meo judicio præsagit. Exhibui illi i:
taqꝫ hora somni denuo dentis apri tenuis
sime raspati ex ℥iis julapii appropriati su:
pra præscripti; nam dolor iste punctorius la:
teris dextri parum mitigatus est, etiamsi ro
vices tantum eam infestet, idqꝫ potissimum
cum tussit, vel surgit, ac ad assumito po:
tu etiam frustulo panis tosti calefacto. Idco
crastino die constitui ejus loco substituere
decoctionem pectoralem pro potu ordinario
compositam ex Anthemide, Marrubio albo,
Tussilagine, Agrimonia, Hordeo decorticato
ficubus, radice ireos florentinæ, liquiritia &

passulis

pauxillo cynnamomi ℥.
Dormivit hac nocte placidiuscule, dolore tamen punctorio remanente, & expectoratione quasi omnimodo cessante; Urina tamen erat laudabilior quam hesterna, pulsus quamvis durus constans minimus & validus, [illegible] incepit sudare circa septimam matutinam, natura protrudente exhalationes ad cutem cum singulari levamine universali nec non doloris lateris. Nihilominus lotium statim post sudorem redditum, intensum erat minusque cocta. Sed quod minxit circa quartam pomeridianam notas habebat concoctionis incipientis. Exhibui illi hora somni specificum supra praescriptum ex rasura dentis apri & julapio cardiaco. Dormivit ab 9 usque ad undecimam placidiuscule. Verum noctis residuum interruptis somnis absolvit. Circa tertium matutinam dolor lateris recrudescebat proculdubio propter reliquias materiae pleuriticae. Cum autem lotium prodiret laudabilius colore substantia & contentis, nec pulsus mediocriter constaret, febrisque calor neutiquam urgeret, imperavi illi ut quiete jaceret naturamque observaret si forte vellet extrudere sudorem unde vapores fuliginosi [illegible] exhalatione emissos ne levamen naturae allaturos liberabam. Non sudavit tamen & tota die multum fuit alleviata. Circa primam pomeridianam secessu excrevit liquida & fetida cum euphoria. Omnibus expectationi & votis respondentibus propter reliquias doloris punctorii apposui

tantum lateri Emplastrum Epispasticum remoto priori
& sic reliquum commisi naturæ. 8. In aurora se fe:
re omnimodo liberatam a doloris punctorii molestia
asserebat; lotium & pulsus levamini huic fidendum
suadebant. Dejecerat tamen hac aurora ter ante
nonam matutinam fætida, liquida, & calore febrili
stagnando corrupta cum levamine; Et ulcuscula
aphthas scilicet habet in ore a sanguine superassa:
to generatas, & calore naturali separatas; quibus
apposui quasi litum ex aqua plantaginis, melle,
& aluminis simul coctis, quod si huic leviori phar:
maco malum non cedat ad validiora progrediemur.
[illegible] autem aphthæ non curabantur ideo apposui præter:
ea pulverem ex alumine usto, pamo corceo seu tigr:
rio comousti & salvia siccata conflato. hora som:
ni & sic venit se quieti dormibitat placide &
parum admodum conquerebatur de dolore lateris [illegible]
torio. [illegible]um autem hesterna die spontaneæ dejec:
tiones fuissent fœtidæ & plura ulcuscula indies in
[illegible]e apparerent ideo hac aurora quæ est motori:
[illegible]a. exhibui illi medicamentum cholagogum ex mi:
n[illegible]ione purgante, syrupo de cichoreo & manna:
unde novies dejecit; & prorsus a dolore lateris
liberata fuit; conquerens solummodo de aphthas
molestia; Ideo sæpe os ablueret subscripto
decocto quasi, non neglectis interim usum me:
dicamentorum supra præscriptorum. ℞ Aceti om:
phacini ℥ viij Aquæ fontanæ lib. j. vini clareti

℥iiij Foliorum Alcime. Rubi ana m. ß.
Caprifol: m. j. Salviæ n.^{to} viij coquan-
tur ad evaporationem unius tertiæ deinde adde
mellis ℥iiij Aluminis ʒjß. Despumatione
clarefiunt. Hac compositione repetitis vicibus
sæpe abluat [redacted]. Et postea tangat ulcuscula
compositione illa ex alumine usto melle rosa-
to &c.
Et sic Domina hæc annorum septuaginta octo
Dei singulari favore liberata fuit inquinatis mis-
sione a pleuritide juniorum. alias [illegible] inceps.

LXXIX. Status Nobilissimi viri Domini Mereddith delmeatus 3. Junij 1632.

Dominus hic annorum plus minus viginti quinque
constitutionis corporis calidæ sicce. obstructio-
nibus tenetur lienis. unde flatus oboriuntur my-
rachiales qui sursum elevant diaphragma, idemque
comprimendo difficultatem causant respirandi. Uri-
na enim tenuis admodum & biliosa atque fæ-
culentes melancholicas non rite deponi, unde visce-
rum naturalium obstructio. Tussiculam habet
etiam crescentem. a vaporibus acrioribus. a
liene & hepate. propter combustionem materiæ va-

porosæ ibidem stagnantis, sursum elevatis, quorum portio à capite, veluti lavro recepta, frigiditateq; cerebri in pituitam conversa, asperæ arteriæ illabitur, tussimq; movet: portio vero per arterias pulmonibus communicata eosdē infarsit. Conqueritur præterea de dolore renis dextri, cuius causam continentem indigitat, urinam fundum materiæ petens, Hoc enim fit à calore præternaturali hepatis, succum nutritivum superassatione adurentis, & tartareas fæces ad renes præcipitantis. Hic præscripto cursu therapeutico circa 24. Martij ultimo elapsi melius se habuit. Verum cum me denuo inviseret circa 3. Junij ex inspecto lotio statuendum censui reliquias morbi non omnino dissipatas, quia fæces tartareæ conspicuæ & copiâ gravantes facultatem excretricem ad eandem expulsionem instigabant. Quare auctor illi fui tam ad tollendas obstructionum reliquias quam ad corrigendam viscerum naturalium intemperiem, ut biberet hac æstate aquas minerales Bristolienses spacio 14 aut 15 dierum secundum has observationes.

Prima die repurgetur potione præparatoria nostræ præscriptionis, quam ultimo vere in eius usum

Dno Edwards Pharmacopœo componendam tra-
d. eram. Sequenti die incipiat in aurora
& quarta pomeridiana vacuo jejunoque ventri-
culo usum aquarum thermarum primo die
... mediocri, dosin indies augendo do-
nec ad lib. iiij aut quinque devenerit.
& sic continuato triduo sensim indies aliquid
demat donec ad priorem diei quantitatem
devenerit. & tunc si opus sit lapsetur novo
priori pharmaco, sin minus abstineat ab aquis
& cæteris medicamentis.
Faxit Deus ut omnia votis respondeant.

LXXX. Status Dnæ Clutterbooke.
delineat. 8. Maij 1632.

Vidua hæc annorum circiter sexaginta qua-
tuor cœpit conqueri de ventriculi dolore,
æstu universali, apepsia, vigilijs & insigni
anxietate circa primam Junij. Cum itaque
assistentis medici officio fungeret vocor ut
& huic ægræ, quæ & alias mea opera usa fue-
rat, opitularer. Quare veni die morbi tertia
& cum magnum habeat lienem jam a decennio
obstructionibusque admodum sit obnoxia, omnia

superveniebant symptomata etiam evenere a materia vitiosa & tartarea mesenterium & hepar obsidente: pulsus inaequalitas & febricula cuius fere [illegible] tenor continuam [illegible] praecipua nervi sedem cerebrique [illegible]. Nam dolor ventriculi a pituita vitiosa ejusdem tunicis infarcta gravativus oriebatur; apepsia propter labefactatam facultatem attractricem hepatis & mesaraicarum comprehendebatur; Totum universum incendebat humorum putredo atque inde vapores ex fervescentia elevati caputque petentes vellicando meninges somnum impediebant. Vomitus porraceo quamvis frequenti eo tamen non alleviabatur quia copia materiae superabat vim facultatis expultricis. Cum autem alvus illi admodum esset constipata primus eam sollicitavi medicamento eccoprotico; sed quid fit. postquam eam sexties deposuisset incidit in paroxysmum nephriticum ut apparebat ex vomitionibus frequentibus, lumborum & ventris doloribus cum femoris sinistri formicatione & crurum rigore. Exhibui itaque illi statim potum ex vino albo lacte, parietaria & malvis confiatum adjecto sanguine hirci & acuar[illegible]

tum succo limonum. Et lumbos ventremque
ungi praecepi hoc linimento ℞ Succorum
verruli, parietariae ana ℥ij bulliant in oleo
olivarum ad consumptionem succorum, deinde
adde cerae q. s. f. linimentum. His medijs se-
datus quidem fuit paroxysmus nephriticus
sed caetera symptomata continuabant. Tussis
praeterea eam cruciabat ferma ob materiam
pituitosam viscidam bronchijs pulmonum te-
naciter adhaerentem, quare ejusdem concoc-
tionem promovere, & tenacitatem incidere co-
natus fui hoc syrupo ℞ syrupi a-
dianthi de tussilagine, de liquiritia ana ℥j
Acetosi syncert. Limonum ana ℥ß. M.
Verum parum proficiebat, quare morbi sexta
die mane imperavi enema emolliens & a-
minans circa secundam pomeridianam cum al-
vum non deposuisset a biduo, dejecit foeti-
da, variegata, & fermentantia; postea ca-
vit dormire. Hora somni exhibita potiun-
cula cardiaca dedit se quieti, & placidius-
cule partibus quibus dormivit, sexta vesper-
tina lotium minxit multa concoctionis habens
circa aurorum laudabilior apparebat. Cum v.

expergefacta semper conquerebatur de dolore ventriculi & anxietate exhibui illi die septima vomitorium leve, unde vomuit quinquies viscidam quandam cum bile vitellina & porracea et duriusque secessivos biliosa excrevit cum singulari euphoria & levamine. Circa tertiam pomeridianam lipothymiam verebatur a vaporibus orti ex concitatione materiæ morbificæ surium deorsumque exclusæ Cum autem statim natura se sua sponte recollegisset auxilio ulteriori non eguit, ideo abstinui ab exhibitione pharmaci cardiaci, & cum facultates vitales constarent ut patebat ex pulsus constanti æqualitate horâ somni totum opus commisi naturæ & sic dedit se quieti. Totum noctem duxit insomnem sed quietam tamen, in aurora conquerebatur de æstu partium internarum frigore vero externarum quod malum ex sententia Hippocratis statim pronunciassem, cum non raro sit signum fatiscentis naturæ vi morbi, nisi lotium & pulsus prognosin in contrarium differendam suasissent. Pulsus enim etsi debilis, tamen solito æqualior, & lotium sanorum non

multum absimilis. Ad coercendum itaque ea: [illegible]um, de quo conquerebatur internum, dedi illi dosim crystallorum tartari ex haustulo brodij. Ita cum non dormijsset, quasi ut superdormiret si posset. Circa undecimam, edit duos passerculos pro prandio & bene se h[illegible] ab ingestis dormivit & somno recreatam se asseruit cum expergisceretur. Ne autem nova faecum coacervatio causaret recidivam demum iterum mandavi supra praescriptum enema circa quartam pomeridianam; unde deposuit alvum semel tantum & in exigua quantitate circa septimam vespertinam, circa nonam prehendebatur anorexia & solummodo excernebat [illegible]tam spumosum valde salsam. Hora somni exhibui illi medicamentum cardiacum ex una mensa, ulmariae cynnamomi & syrupo cariophillorum compositum & [illegible] dedit [illegible] quieti. Verum ita male se habebat circa mediam noctem ut me vocari jussent, vomebat aliquoties [illegible] frequentius & irritis conaminibus ex[illegible] quasi vomendo pituitam valde [illegible] [illegible] & tenacem. Quare majoris [illegible]

sionis ergo sollicitavi alvum suppositorio ex melle & alumine confiato, unde expedivit tribus secessibus enematis residuum cum faecibus ii: quidioribus & ter vomuit pituitosa; Noctem transegit difficulter; Circa sextam matutinam coepit dormire continuato somno ad horas plus minus duas; Expectavit exhibui dosin electuarij hepatici & stomachici, pulsus tunc temporis erat debilior, lotium vero quamvis paucum, notas tamen habebat concoctionis, & colore & substantia laudabile erat, Exiguae quantitati causam statuo fieri exclusionem sursum & deorsum. Die hac tota coepit melius cule habere & nocte subsequente dormivit placide & somno se refectam asseruit in aurora. Notis itaque concoctionis majoris in urina apparentibus & natura operante secundum leges requisitas extiti tantummodo spectator & totum opus commisi naturae tota hac die. Praescriptis deinde medicamentis deopilantibus & flatus discutientibus, cum obstructionibus & flatibus admodum sit obnoxia propter magnum lienem, eam reliqui non destitutam spe recuperandae sanitatis optatae.

LXXXI. Status Dominæ Susannæ Bourcher delineatus 20 Julij 1632.

Puella hæc annorum plus minus 13 incidit in vomitum spontaneum quo aliquoties correpta fuerat antehac cum capitis dolore, qui post rejectionem materiæ noxiæ circa ventriculum stagnantis sensim remittere solebat; sed jam contra post quam per triduum multa sursum & deorsum dejecisset sine sensibili emolumento, incidit in paroxysmum splenicum qui morem mentiebatur hystericum 19 huius mensis. recurrebant paroxysmi singulis horis tota nocte subsequente, & in aurora frequentioribus vexabatur revolutionibus, ubi accessum prœsentire se asserebat ascensu alicuius auræ a pede sinistro sensim elevatæ, quæ cum organa spiritalia ac potissimum laringem petit. statim magna cum anxietate anhelationes crebras habet ab aura venenata & maligna cor petente, unde natura ad majorem eventilationem frequenti aëris attractione principi huic membro suppetias fert. Ansam dedit huic malo subitaneus timor, cum enim lapsu caput terræ illidentem fraterculum videret ex improviso spectaculo incidit in primum paroxysmum; qui solvebatur sponte post horæ circiter quadrantem. Suffocationem uteri non puto esse tum quia in hac ætate tenellula uteri vasa nec sanguine nec semine

turgeant, tum quia ut ex relatione assistentium
constat ipsa aliquoties antehac habuerit horum
symptomatum nonnulla antesignana praeludia.
Ne itaque vapores isti maligni nervoso generi
adeo inimici ut convulsiones causent quoties
eo afficiuntur, injici mandavi enema quod R.
Arthemisiae, malvae, tanaceti ob ascarides qui-
bus infestatur, ana simul sumptorum M. j. Coq.
in posceti lib. ß. adde sacchari coch. ij.
butiri non saliti parum: Inj: hora vespertina
unde dejecit bis nigricantia, foetida, cum ascari-
de satis longo. Ab injecto enemate pulsus
paulo velocior tangentis pellicem feriebat pro-
pter vapores tetrae materiae injectione enema-
tis suscitatos, sed paroxysmi non ita frequen-
ter recurrebant, & qui eam adoriebantur bre-
viores & toleratu faciliores erant. Hora som-
ni itaque curavi inungi hypochondrium sinistrum
hoc linimento quod R. Olei capparorum ℥ j
Scorpionum ℥ ß. Succi meliloti coctione cum
adipe suili condensato ℥ j. M. f. linimentum.
Unde cum meliusule haberet se relictis illi supra
praescriptis medicamentis cum negotia me alio vocarent
discessi ac postea literis mihi renunciatum fuit, ac-
cessus istos ad biduum quidem decimasse sed tertia

die recrudu[i]sse. Misi illi itaque julapium su-
mendum dosi unius cochlearii in paroxysmo &
electuarium cujus caperet mane & vesperi quan-
titatem avellanae.

℞ Aquae nostrae hystericae compositae ℥iij fuma-
riae ℥j. Syr. de arthemis. caryophil. ana ℥ij
Mithridatij ʒß. Castorei pulv. ℈j. Spiritus
succini g. 6. M.

℞ Conserv. florum anthos, borraginis ana ℥ij ß.
Calami aromatici. Seminum paeoniae. Castorei ana ʒß.
Fecul. bryoniae, aaronis, Cristallor. tart. ana g. 8.
Spiritus anthos g. ij. Cum s. q. Syr. de ar-
themisia M. f. Elect. molle ut est atris.
Continuatione horum medicamentorum & diaeta conve-
nienti pristinae restituta fuit sanitati.

LXXXII. Status Dominae Tipper Delineatus 10 Augusti 1632

Domina haec annorum plus minus 47 con-
stitutione corporis obaesiori corripiebatur amau-
rosi oculi dextri, quare ut huic malo occurreret
imposuit illi sterioris gallinae frustulum, unde eo
dolorem [illegible] incidit in febrem, cum tumo-
re phlegmonoides totius faciei: dolore scilicet
attrahente humores ad partem affectam. Vocavit
itaque die tertia ad adventum meum quarta
& tunc reperi eam lecto affixam facie rubente
& tumida oculisque clausis propter materiae co-

fluentis copiam; Pulsus inæqualitas & æstus si-
tisq; arguebant febrem ejusq; magnitudinem,
non modo symptomaticam, sed protopathicam, prop-
ter bilem putrescentem & hepar obstruentem. ut
patet ex anorexia, vomitu spontaneo in ipso mor-
bi principio. & urina saturata saturata nimis bile.
Quare statim injici curavi enema emolliens unde
bis dejecit fætida & liquida. Circa horam somni
vero apposui emplastrum vesicatorium sub utraq;
aure. genis vero, præcipueq; mento prius munctis
oleo rosato cataplasma ex malvis floribus ca-
lendulæ. rosarum rubrarum coctis in lacte inspis-
sato farina avenacea & mica panis. Ac ex inde sio
haustulo julapij refrigerantis imperavi ut daret
se quieti. Noctem transegit quietius, dormiebat enim
per intervalla. tumor in facie quidem remissior sed
sub mento collecta materia minatur suppurationem.
Pulsus sedatior erat urina non ita intensa, peccabat
tamen quantitatis defectu. propter febrilem calorem
& materiæ morbificæ cruditatem; Post fomentationem
lacte muliebri calente aperuimus sensim oculos. libera-
vimusq; palpebras pure tenaciter commissas. & ad-
nata oculi dextri suffusa rubebat cum notabili tu-
more. Catarrhus præterea nervis ad nucham incumbens
causabat dolorem brachij dextri acutum nec non fe-
moris & cruris ejusdem lateris cum motus difficultate
paralysin levem mentiente. Exhibui illi itaq; appli-
cata pusticula juxta descripta mento & genis potiun-
culam ex infusione communi cholagoga cum rheo &
pulvere nostro phlegmagogo circa 3. matutina.

unde deiecit octies, foetida & liquida cum singu:
lari levamine, aestus multo remissior erat usque
ad quartam pomeridianam propter intemperiem ca:
lidam hepatis quae se denuo exerebat cum na:
tura sese recolligeret ab absolutione operis me:
dicamenti. Circa quartam pomeridianam conque:
rebatur de summo dolore brachii dextri ab hu:
mero ad cubitum, nec non cruris ejusdem lateris
sub poplite, apposui itaque utrique loco dolenti
emplastrum nostrum epispasticum, affixique fas:
cijs, nam cutis nullo rubore nec notabili tumore
conspiciebatur, unde post tres horas, aliquantulum
percipere levaminis fatebatur. Hora somni ab:
luto ore gargarismate, nam os sanguineum copia
& viscida saburra ita conspurcatum erat, ut om:
nia ingesta nauseam aegrae patrarent. curavique
oculis colyrio ex aqua arenae eluminari candente
aliquoties in vino albo extincto, adiecta paucu:
la aqua rosarum rubrarum cum [illegible] pulve:
ris nostri alexicali ex [illegible] julapij cardiaci, ac
sic imperavi ut daret se quieti. Verum hanc noc:
tem transegit insomnem cum anxietate propter ma:
lignam putredinem principes facultates affligentem. Cir:
ca horam primam noctis spontaneus erupit sudor
natura scilicet deponente materiam morbificam porti:
onem naturae consensu elaboratam, Circa quintam
matutinam sopore comatoso corripiebatur, ita ut
assistentibus agonizare videretur; vocabat itaque
& repeti eam comatosam cum autem prius facult:

tes urbaies adhuc constate suo robore testaretur, quam
vis sua inaequalitate & celeritate febris magnitudinem
& refrigerij cordis necessitatem proderet: a servi muto
& assistentibus non esse desperandum de aegrae restitutio
ne: Lotium reddebat singulis horis spatio trium mi
nus saturatum & eneoremate & copia prioribus lauda
bilius: Exhibui illi itaque dosin Crystallorum tartari ex
brodio. Statim ab assumpto insculo dormiebat placi
descuit & statim a somno lotium reddebat simile
prioti, & dolorem brachij cutisque de quo antea ad
modum sollicita erat admodum sedatum esse fatebatur.
Tota hac die visa fuit melusculo habere, & circa ves
peram oculi dextri suffusio ejusdem declinationem
manifestam prodebat, aestus febrilis mitior, sitis nec
ita importuna, tumor sub mento humilior, & pul
sus sedatior meliora speranda insinuabant, Abluto
itaque oculo collyrio supra praescripto, & ore gar
garismate mentoque apposito Emplastro styptico
Paracelsi, exhibui illi domo dosin pulveris
nostri alexiaci ac sic dedit se quieti. Hanc
noctem transegit moderate dormiebat enim aliquando
aliquando vigilabat, semper tamen quieta erat. Men
te quidem constat, sed stupida aliquantulum est. U
rinam subdebat notas concoctionis. color minus inten
& substantia satis laudabilis eo nubecula natans
Pulsus erat debilior omnibus in vigorem tendentib.
Cum autem haec dies morbi septima naturae conatum
observare constitui ac proinde solummodo abluto ore
gargarismate & oculo collyrio nihil tentavi. nam mo
tus violentia morbum peracutum esse indicat. ac pro
inde crisin expectandam suadet. Tota hac die soporosa
erat sed mente constabat. lotium reddidit ad minimum
similis colore & substantia haud bene sed quantitate

exigua pulsus quamvis debilis erat tamen ... æ-
qualior videbatur, & sudor erumpebat universalis sed
modicus: quæ omnia naturæ conatum in extirpandis
humoribus morbidis & noxiis indicabant. Dolores quide
perturbationem quod comatosi essent atque erant ideo
tem anxietatem eandem adhuc esse agnovi sed tamen
de recuperanda sanitate minime desperandum esse
censui cum partibus vicious naturam omnis depositu-
ram sperabam, quam in aliis copiosa depositione
& evacuatione critica expedit. Hora somni liberatis
faucibus & ore a fuliginosa rubigine iisdem ad-
hærente, & adusto ocule exhibui illi denuo dosim
pulveris nri alexiaci ex ℥ij s. iuapy appropriata.
Hac nocte dormivit placide tota cooperta madore diei e-
nim septimæ ad hora decubitus finis erat, ac proinde
crisin statuebam propter euphoriam & levamen. omnia
in melius singulis horis tendebant. Circa auroram duob
secessibus liquidis & biliosis sponte dejectis repurgavit
alvum cum facili item tolerantia & levamine, quæ omnia
indigitabant naturam morbo superiorem intestinum illum
hostem exclusione materiæ morbificæ tum ad cutem &
corporis peripheriam tum per secessum eliminasse. Cum
autem in declinatione morbi cibandi sint ægri copiosio-
re victu ad resarciendam virium jacturam morbi violen-
tia causatam, exhibui ægræ circa nonam matutinam ovi
vitellum recens brodio dilutum, cum pauxillo panis &
succi limonum. Jam oculus dexter melius se habebat au-
nate enim inflammatio sensim remittebat, & tumor un-
mento quem verebar suppuratione solutum iri, discussus erat.

Compos erat mentis, ad mœsta bene se habebat &
cibum sibi offerri flagitabat. Oblatus illi itaq; fuit
pullus gallinaceus assatus, cuius carnis portiunculam
manducabat & dentibus atterebat, sed deglutire non po-
terat; Pulsus debilis quidem, sed æqualitate salu-
tem pollicebatur. Circa secundam pomeridianam ut
alios inviserem meæ curæ commissos ægros as-
cendi equum nec redij ante septimam vespertinam
& tunc reperi ægrum agonizantem, cum apthoma,
motibus convulsivis manus dextræ & sudore tena-
ci cuti inhærente. Jam itaq; naturam oneri mi-
norem succumbere manifestis patebat indicijs ac pro-
inde levamina illa propter rationem accidisse non
erat ambigendum. Nocte transacta illo modo se-
quenti die circa nonam matutinam naturæ debitum
solvit. quæ erat Augusti 15.

LXXXIII Status Domini Derrici Popley delineatus 20 Augusti 1632.

Æger hic annorum plus minus 44. conqueri cœpit
de tussi molesta ante 15 menses & tunc operâ me-
dicorum Bathoniensium clarissimorum scil. virorum D. D. Jordan
& D. D. Lapworthi mediocriter usus fuit habere ad tem-
pus. Implicatus vero varijs negotijs propter munus quod obi-
bat publicum recidivam passus est cumq; malum indies
incrementum caperet Bathoniam rursus profectus est, eorumq;
consilio spatio novem mensium usus est, sed omnibus conti-
nuo in pejus vergentibus domum in lectica advectus est
ac tum me accersiri jussit. advolavi 19 huius mensis
& clinicum reperi, facie Hippocratica, de tussi ferina co-
querentem, nec non de urinæ suppressione, ejusdemq; dolo-

rifica excretione, amolitus difficultate, & vel a levissi-
mo motu magna anxietate. Musculos jam depaverat ca-
lor febrilis hecticus nam ossa solummodo cute cooperta
erant propter summam musculorum concidentiam, Quæ tum
excernebat viscida erant & ex flavo virentia. Facies hip-
pocratica periculum augebat quod pulsus debilitas con-
firmabat ob languorem facultatum vitalium ex diuturna
attractione vaporum corruptorum fœda fuligine vitio pul-
monum: Unde natura insurgens ad expulsionem materiæ no-
xiæ frequenter & laboriose tussit propter tenacitatem ej-
us qua bronchiis firmissime adhæret. Urinæ suppressione
causabat viscida pituita dolorem vero ejusdem acrimo-
nia salsuginosa cum autem gravissimum de hoc sympto-
mate anxie conquereretur statim exhibui illi potiuncu-
lam incidentem & attenuantem quæ ℞. Vini albi, aquæ
parietariæ ana lib. j fructuum Halicacabi n° vj. Rad.
asparagi, graminis, Petroselini ana ℥ß. Seminum anisi
fœnic. dulcis ana ʒij Coquantur ut est artis ad lib. j
Cui colatæ adde Syrupi limonum ℥ij de Althæa ℥j M.
Sumptis autem tribus dosibus huius compositionis liberè
quidem ab eo tempore effluxit urina sed dolore nullo
modo mitigato; Ejus itaque lemendi causa exhibui illi g. 6.
balsami sulphuris cuius effectum jam expectamus. An-
xietatis causam puto fuliginosos vapores cordi ἀθρόως
communicatos, præsertim cum statim a motu ægrum adoriatur
Quare expectorationem promovere conatus sum hac decoc-
tione pectorali quæ ℞ Marrubij albi, adianthi, Tussilag-
ginis simul sumptorum M. j. Sarsæ parillæ ℥ iß. Chinæ ʒij
Ficuum n° vj. Jujub. Sebest. ana ℥j. Coquantur in s. q.
aquæ fontanæ ad lib. ij in fine decoctionis adjice liquir-
ritiæ & rasæ ℥ß. Cynam. ʒjß. Coq. una aut altera
ebullitione deinde cola. ℞ hujus colaturæ lib. j Sacch.
cristallini Rosati ana ℥ij Dissolve saccharum ut e artis.

Pectus inunxi sequenti linimento quod ℞ Unguenti
pectoralis ℥ ijß. Olei macis ʒ ij Amigd: dulcium ℥ß.
M. fiat linimentum. Quo inungatur pectus. Ut autem
pulmonum inquinatis succurrerem praescripsi illi hos
trochiscos, quos carbonibus seu potius prunis injectos
comburebam & ipse mane & vespere fumum excipi-
ebat per infundibulum. ℞ Succini albi ʒ ij Olibani
Sandaracae ãã ʒ j Styracis liquidae ʒ jß. fol: ros:
rubrarumque exsiccatarumque & pulveris: ℈ ij Cum dissol: gum:
tragacanthi f. trochisci ut est artis. Praeterea
praescripsi illi hanc gelatinam sumendam quantitate
cochlearis vel per se vel ex brodio. quae ℞ Cor-
nu Cervi raspati ℥ iij Rasurae Eboris ℥ j. Santali u-
triusque ãã ʒ ij Coquantur ut est artis ad debitam
consistentiam gelatinae & in fine decoctionis inice cin-
namomi ʒ ij Cola per manicam Hippoc: & in colatura
lib. j. dissolve Sacchari rosati ℥ iij agitentur sim-
ma & postea sine refrigescere. Verum coepit conque-
ri de lypothymia orta scilicet ab oppressione facul-
tis vitalis copia vaporum fuliginosorum cordi commu-
nicatorum, quare praescripsi illi hoc Electuarium car-
diacum sumendum quantitate avellanae quandocumque
ejusmodi metus ejus usum suadet. ℞ Conservae cate-
thid: ℥ iß Flor. borrag. ℥ j Diamargarit: frigid:
Specierum Elect: laetif: galeni ãã ℈ j. Cum s. q. syrupi
cariophill: M. f. Elect: molle.

Injunxi praeterea ut lac caprae nutricis hyssopo,
caprifolio, rosmarino & hedera medicatum redderetque
admixta Sacchari rosati ℥ß. singulis haustib.

Sed res adeo est ardua ut vix ullam recuperan-
dæ sanitatis spem nobis relinquat. Multa tamen tē-
tamus non minus ad eam promovendam, quam ad pro-
curandum ægro tantarum calamitatum vi fere profli-
gatum aliquod levamen inter tot cruciatus sævissi-
mos. His præsidijs cum non curata esset urinæ acrimo-
nia præscripsi illi sequentem decoctionem bibendam
pro libitu. ℞ Summitatum hyperici p. iij. foliorum
agrimoniæ m. j. Seminum milij solis ʒß. anisi, fœ-
niculi dulcis ana ʒij. Coquuntur in s. q. aquæ sa-
[illegible] ℥ß. [illegible]. Trajice per manicam hyp-
pocratis in cuius fundo sit liquiritiæ rasæ & uvæ passæ
ʒiiß. Cynamomi opt. ʒj. Huic colaturæ adde gum-
mi tragacanthi dissoluti in s. q. aquæ plantagi-
nis, syrupi de althæa ℥ij. Sacc. Cand. albi ℥j. M. bibat
pro libitu. Ac hisce præscriptis ardor urinæ decli-
navit. Verum cum fere consueverit ita ut nulla fere
supersit recuperandæ sanitatis spes cum prognosi pro-
nunciata reliqui.

LXXXIV. Status Dominæ Kirring deli- neatus 25° Augusti 1632.

Domina hæc annorum circiter 44. cum ante annum
menses aliquamdiu debitam periodum non observasset
ac tandem omnino siluissent incidit post valetu-
dinarios aliquot menses in sputationem cruentam,
tussi explosam; qua curata a viro clarissimo D.
D. Lapworth, tussis eam nihilominus detinebat prius
tenuis pituitæ jam vero viscidæ et ex flavo virescentis.

Ille itaque consuluit 22. huius mensis. Urinæ te-
nuitas & color resplendescens statim mihi suspici-
onem injecit aquarum latitantis in herba, antequam
quicquam ex ea sciscitatus fuissem, & rebus omnibus
examinatis periculum tabis præsagire cœperam.
Præscripsi illi itaque potiunculam purgatoriam
ex duab. ℥. infusionis pectoralis Borrasiani &
manna ℥ß. cum ℈ß. Crist: tart: unde septies de-
jecit cum singulari euphoria. Deinde injunxi illi
ut caperet coch. j mane & vespere decoctionis nos-
træ pectoralis. Itidemque serum deglutiret imperavi.
Ac postea alternis vicib. lambitivo uteretur. Præ-
scripto præterea brodio appropriato medicato ex
ehina &c. Faxit Deus ut omnia votis respondeant.
Hoc quoque linimento iniunget thoracem proximo
Septembri semel in septimana. ℞ ung. pectoral.
Renodæi ℥ij Ol: macis ℥ß. succi Lil: alb. ℈ʒ.j
M. & charta bibula imbuta hoc linimento in ter-
natur thoraci.

LXXXV Status viri Nobilissimi Domini Henrici Poole delineatus 26 Augusti 1632.

Sexennium est a quo vir hic celeberrimus annum jam
agens octavum supra sexagesimum urinam reddebat
cruentam post equitationem aliamque corporis agitationem. &
tunc medici quorum ope utebatur censebant hoc potissimum
causari a calculo atterente renis substantiam. Alij vero

hoc symptoma esse statuebant calculi in vesica col-
lum vesicæ excorianteis ut patet ex literis clarissimi viri
Dni Doctoris Ashworth tum temporis consulti ergo exa-
rati sub dato 1. Junij anni 1627. Varijs itaque incassum
tentatis, tandem potu aquarum ex fonte B. Vincentij
Bristoliæ scaturientium ad mensem continuato a cruenta
mictione liberatus fuit, quam excepit per intervalla re-
currens urinæ stillicidium quo malo iam à quadriennio
aliquoties correptus fuit, paroxysmo non frequenter tri-
duum aut quatriduum excedente, usque ad initium huius
anni. Nam iam prolixiores sunt & ultimus duravit
ad dies undecim; Illustrissimus hoc anno usus fuit consilio D.
Doct: Sanders & D. Smith cum exiguo levamine; compara-
tione instituta ultimorum accessuum cum prioribus. Perterri-
tus vero violentia huius paroxysmi qui cum adoriebatur 16
die huius mensis & nondum remisit me accersiri iussit die
19. sed alijs impeditus negotijs ita detinebar ut ante 28.
advolare non potuerim. Omnibus itaque iam examinatis
quid super statu Nobilissimi huius equitis sentiam sic pau-
cis perstringo. Me adventante crebro mejebat & lotium
una vice redditum raro excedebat quantitatem unciæ unius ß.
propter lotij acrimoniam facultatem expultricem vesicæ sti-
mulantem. cuius collum exquisito quidem sensu præditum
sed non excoriatum reor, tum quia quamprimum renes demi-
sere urinam per ureteres in vesicam, statim eam reddere co-
gitur æger, tum quia nec in initijs nec in processu paroxys-
morum D. unquam excernit cum lotio cruenta aut puru-
lenta; tum denique quia sine notabili dolore mingit: Quod
collo vesicæ vel excoriato vel exulcerato lotium acerrimi-
mos dolores mejentibus adferat, quippe cum salsugo lotij acri-
moniam & frequentia dilaniatas partes exacerbet. quemadmo-
dum exempla omnium hoc modo affectorum evincunt. Copia

autem collatione insufficienti cum potu ingesto, debitæ quan-
titatis laude fraudari non debet, nam ei quantum conjectu-
râ assequi possumus est proportionata. Sed colore & substan-
tia peccat. Crudam enim & aqueam reddit urinam quod arguit
imbecillitatem secundæ concoctionis tantam esse, ut ad sepa-
rationem & digestionem aquei seri non sufficiat. Contenta
præterea matulæ fundum petentia, fragmentis & filis similia
vitium potius renum quam vesicæ meo judicio indigitant.
asserente idem Hippocrate aphorismo 76 sectionis 4. Ventriculi
nauseam anorexia satis probat, dejectus enim illi est appeti-
tus qui cum integra frueretur valetudine valde laudabilis
erat; jam autem prostratus est propter redundantiam crudi-
tatum in vasis majoribus venosoque genere stagnantium &
hepatis functionem impedientium. Ex mox itaque enarratis
conjicio causam antecedentem hujus mali fuisse minus accu-
ratam alimentorum, copiosius propter singularem appetentiam
ingestorum, digestionem. Continentem vero cruditatem hanc
ex hac indigestione ortarum colluviem renes diuturno accubitu
erodentem vel ibidem calculum producentem cujus attritu san-
guis una cum lotio prodierit; In priorem tamen sententiam
potius rapior tum quod nunquam ejusmodi quid excreverit
tum quod dolorem nullum se percepisse circa regionem re-
num tunc cum cruenta mingeret asserat æger. Potu autem
aquarum Bristoliensium quæ singulari pollent facultate
abstergendi, desiccandi & incarnandi cruentatio urinæ ces-
savit quidem, sed subsequente urinæ stillicidio, nec non
ejusdem aliquando in paroxysmo involuntario effluvio.
Et hoc vero illi accidere propter facultatem diureticam
aquarum supradictarum, vel diureticorum pharmacorum
intempestivum usum aliorum commisso conjicio. præsertim
cum constet talia non raro sævissima producere symptomata
& adducendo cruditates ad debilitatam partem obstructi-

ones augere & successu temporis naturalem viscerum constitutionem mutare, iisdemque nocumentum adferre, tonum eorum resolvendo. Meo iudicio itaque res ardua est & anceps tam ratione affectus quam diuturnitatis resistentiaeque morbi partiumque affectarum & aetatis ipsius aegri. Bene tamen illi consultum iri mihi persuasum habeo si cura ex his indicationibus instituatur. 1. Repurgetur ventriculus, mesaraeum & hepar per vices ratione virium & aetatis. Deinde corrigatur defectus digestionis partium nutritivarum dictarum. 2. Repurgentur renes non calidis diureticis, sed potius refrigerantibus & urinae acrimoniam coercentibus. Ac denique partes affectae corroborentur.

Notandum quoque hic venit quod ipsi aegro postquam diu acutissimis haemorrhoidarum caecarum doloribus excruciatus fuisset illae tandem curatae fuerint medicamento aliquo topico non habita ratione curae universalis nec evacuatione particulari partis affectae. Quantam inde noxam contraxerit per metastasin materiae morbificae etc. ex hoc liquet quod non diu post inciderit in saevissimos dolores ischii, qui nullis remediis cesserunt donec partem affectam intensissimo ignis calore fere adussisset. Haec illi accidere cum ad aetatem vergeret consistentiae. Ita ut mirum non sit si neglectis eo tempore ad aliquot annos necessariis praesidiis symptomata de quibus jam conqueritur prioribus graviora inde pullularint in senectute cum caloris nativi debilitate succorum crudiorum copia tunc temporis obstructionem coacervetur. Quae omnia curam secundum notatas indicationes tentandam esse suadent. Ac proinde exhibui illi 2a. die huius mensis potionem lenientem quae

℞ Infusionis rutae: ℥ij Syrupi rosati compositi cum agarico Mannae calabrae ℥ ʒij Syrupi calcant. q. s. Unde quinquies dejecit viscida pauca bile tincta. & circa quintam vespertinam subsequente vomitu spontaneo quo bis pituitosa, acida, & circa finem inodorosa & amara ejecit. Omnia tamen cum

 singulari levamine & euphoria. Nam absoluta operatione medicamenti frequentia mejendi cum parum molestia ibat, derivatione scilicet facta materiæ serosæ a renibus ad intestina.

Sequenti aurora exhibui illi pilulam unam ex aben: rosata, rheo, agarico trochisc. & myrrha exceptis tere binis ss veneta, lota cum aqua menthæ crispæ. & tunc bene visus fuit habere, toto tempore pomeridiano occupatus erat in componendis litibus quorundam rixantium vicinorum. Circa sextam vespertinam bibit haustulum vini Hispanici postquam edisset frustulam panis tosti in vino maceratum, & tunc multi. bus aliquot ventriculi flatum exoneravit, & bis stertutavit. Cum assedissemus cœnæ nihil appetebat, ac proinde abstinebat a cibo sed bibebat quatat exiguam potus quantitatem; Nihil secessu excrevit tota hac die. stranguria eum non urgebat pro more; Circa 9 vespertinam exhibui illi circiter ℥j subscripti Electuarii & sic ivit cubitum.

℞ Conservæ florum anthos, betonicæ, boraginis ana ℥iss. Calami aromat. pulv. ʒß. Fœculatum aaronis, Cristallorum tart ana ʒj Cum s. q. syr. de mentha M. f. Electuarium

Sequenti aurora se bene dormisse asserebat noctu tamen bis surrexerat ut alvum deponeret: Et tunc nauseabundus erat, ac proinde cum irritis conaminibus vomendi detineretur suasi ut levi emetico naturæ conatum promoveret, præsertim cum ratione revulsionis renibus, vesicæ & hepati

profuturum rationi non sit absonum, Exhibui illi itaque 31.[5]
circa octavam matutinam cochleat unum Vomitorii nostri,
ex haustulo posceti. Unde sexties vomuit posicetum ingestu
paucis admixtis vel viscidis vel amaris. In fundo tamen qui
basdam valde crassis & glutinosis residentibus, & postea ter
dejecit fætentia, liquida cum singulari levamine. Cænatus
est circa quintam pomeridianam, & sumpta electuarii dosi
ivit cubitum, sereno somno in aurora refocillatus est. Ad tol-
lendas itaque obstructiones meseraicarum hepatis, & renum præscrip-
si illi pilulam unam cachecticam alterantem & purgantem
sumendam in aurora, & unam 4ta pomeridiana cum exer-
citio moderato ad horam, & ad repurgandos renes bolu-
lam nephriticam Cratonis sumendam hora somni duobus
diebus ante novilunium & plenilunium.
Quibus omnibus Deus benedicat, ut iis instructus Vir hic
de Republica bene meritus incolumitati restituatur sani-
tati.

LXXXVI. Status Dnæ Roberts viduæ. delineatus 31. Augusti 1632.

Vidua hæc annorum circiter 27. incidit in febrem periodi-
cam tertianam scilicet spuriam, circa 24 huius mensis. Mor-
bo autem singulis paroxysmis productioribus malignitatem pro-
dente, me accersiunt die morbi sexta; Advolavi autem
septima & tunc reperi eam a paroxysmo liberam circa 4ta
pomeridianam. Exploravi pulsum qui debilis erat filo ante
grabato affixa erat & metu lipothymiæ se non audere sur-
gere asserebat, Sciscitanti itaque mihi quando nasus-
set menses, Respondit jam apparuisse a duobus diebus eo
non debita periodo, æquo enim citius fluere cœpisse, atque
etiamnum tum durare ajebat. Quare natura operante [illegible]

tummodo fui spectator; ut motum naturæ observarem.
Evacuationem autem hanc fuisse mere symptomaticam
vel ex his liquet. quod inordinata & non debita periodo
facta fuerit. ut patebat ex ægræ relatione. præterea dif
ficilis tolerantia & morbi incrementum idem comprobabant
Cum vero evacuationes ejusmodi sive fiant natura stimu-
lata copia & malignitate materiæ morbificæ, sive a putredi-
nis diffusione potius quam critica aliqua motione, naturam
aliquando juvent per accidens minuendo scilicet materiæ pec-
cantis copiam, ideo nihil immutavi. Circa octavam vesper-
tinam novum insultum passa fuit, frigebant enim illi tum
extrema ad horam. ac postea calore præternaturali dis
tributo æstuavit tota nocte quam insomnem duxit, & die
item subsequente perdurante. calore præternaturali & somnum
impediente; Circa vesperam minuebat animo & tunc pulsus erat
exiguus cum sudore modico sed frigido quem malum pronunciat
Hippocrates quia arguit naturam copia & malignitate gravari.
Verebar itaque ne syncope contingerent ac proinde neglecta mor-
bi causa tunc temporis symptomati occurrebam exhibito ali-
quoties cochleari hujus julapii cardiaci ℞ Aquæ melissæ ℥iij
Aquæ cynamomi ℥ß. Syrupi cariophil: ℥j. quo refocilla-
ta fuit, & aliquot horulasque somnis noctem transegit. se-
quenti aurora Enema injici mandave ex decocto communi
in posseto saccharato & butiro admixto ovi vitello. Unde
semel tantum dejecit & alleviata aliquoties dormivit & mi-
nime se habere asserebat tota die madore calido co-
operta erat, & pulsus laudabilior tangentis manum feriebat:
minus enim debilis & inæqualis erat quod arguebat accessi-
onis declinationem qui eam jam desinit spacio 40 horarum ita
ut judicem intermittentem in tertianam continuam mutatam
esse. Circa septimam vespertinam incipiebat conqueri de
tussicula leviter irritante & parum frigebant extremita

tes nasi & digitorum pulsus erat talius. Ex hisce ac:
cessus novi praeiudiys admonui ægram ut nihil vereretur
& ut removerem morbi causam continentem exhibui illi
Aquæ nrae febrifugæ ℥ ij Liquoris nri emetici ʒ iij Sy:
rupi acetosi simplicis ℥ ß. M. vomuit quater biliosa sed
non sine difficultate, & semel dejecit; Noctem duxit in:
somnem propter acres fumos incendio febrili suscitatos, qui
caput petebant; Circa sextam matutinam cœpit dormire &
tunc sudor erumpebat moderatus. Urinam reddidit concocti:
onis initia notantem; Cum expergisceretur exhibui illi dosin
cristallorum tartari ex laudatio urody ac sic jacturam
virium vigiliis factum somno resarcire conaretur inquitur.
quotiescunque dormire posset tota hac die. Somno itaque
huius diei pepasmum humorum promovente ut apparebat
ex lotio laudabiliori mirifice recreata fuit. Imperavi itaque
ut hora somni caperet circiter ℥ ij Descripti Iulapy ac
postquam expergisceretur eandem repeteret dosin inquam
℞ Aq: cichorei agrimoniæ ana ℥ iij Syrupi cariophylli:
de trifolio acetoso ana ℥ j. Diascordy ʒ j. Spirus caic q. s.
M. Placide transegit hanc noctem somno; In aurora itaque cum
prorsus a febre immunis esset exhibui illi potiunculam quæ ℞
Infusionis purgantis ℥ iij syrupi rosati ℥ j. Rhei pulv. ℈ ß.
Spirus caicanthi q. s. M. Unde dejecit solummodo 5. spacio
horarum cum laudabili eupnotia & levamine. Urina autem
crocea aium expectandum esse paroxysmum satis indicabat. mi:
norem tamen propter notas concoctionis in eadem apparentes.
Circa quartam pomeridianam tussicula paroxysmum imminere
indigitabat quare alligavi utrique carpo pultinam nos:
tram febrifugam. Unde paroxysmus levi frigore in face so:

summodo percipiebatur ad horæ quadrantem, quem tunc excipiebat calor æstuans ad horæ dimidium, & sudore eam penitus manifeste decimavit nec horas ad summum quatuor excessit. Noctem tamen duxit insomnem propter reliquias vaporum caput petentium, vi caloris febrilis suscitatorum: In aurora tamen cum cibum appeteret exhibui illi quinque aut 6 cochlearia cerevisiæ coctæ cui olei recentis vitellum mixtum erat & postea edit frustulum pulli gallinacei assati, & succo mali aurantij conditi. Ac sic singulari Dei favore cito tuto. & jucunde pristinæ restituta fuit sanitati.

LXXXVII. Status Domini Try delineatus 14 Septembris Anno 1632.

Examinanda mihi fuit oblata urina huius ægri annorum circiter triginta 13 huius mensis, & eadem multa bile saturatam reperi, quare inquisivi ex famulo an non æstuaret æger. respondit ille periodice quare febre eum tertiana corripi suspicabar. Inquisivi itaque ulterius quomodo dormiret, quomodo appeteret, respondit mediocriter, sed non posse deglutire propter dolorem faucium de quo anxie admodum conquerebatur, ac proinde literis illum inviserem efflagitavit. Statim itaque ad eum profectus fui, & reperi eum multum conquerentem de gutturis angustia, propter sanguinem vitiosum & phlegmaticum calore febrili exagitatum faucibus illabentem puta tonsillis & musculis laryngi proximis, tunc autem temporis temperies ægri ad tactum satis laudabilis erat sed post horam ab adventu meo, circa 7 vespertinā calor febrilis per universum corpus expansum erat Cum itaque alvus illi obstructa esset, iussi ut ope suppositorij eam sollicitaret, quod fecit cum tanto gutturis

levamine ut medicamentorum usum in crastinum differ-
ret totam tamen noctem transegit insomnem tam propter
aestum insignem, quam propter vapores febrili calore subsci-
tatos & acrimonia sua meninges vellicantes: Decrevit
tamen febris in aurora, & ante octavam a paroxysmo
omnimodo liberatus videbatur; Quare auctor illi eram
ut levi medicamento eccoprotico alvum elueret praesertim
cum angina haec symptomatica aliquam materiam morbificam
insigni praeditam esse malignitate ut apparet in febribus
petechialibus quae semper fere malignitatis suae vestigiis
columellam & fauces signat. Obtemperanti itaque mihi ex-
hibui potiunculam hanc quae R. Infusionis purgantis ℥iij
Syr. ros. comp. cum agarico, mannae calabrae a ℥i cremor.
tartari g. iij M. Unde quater dejecit cum laudabili eu-
phoria & levamine, ac circa vesperam abluebam ejus os
hoc gargarismate calefacto. R. gargarismat. ℥ b.
aq. caprifol. plantaginis (a) ℥iij mellis rosati col. ℥ij
ad majorem abstersionem nam in aurora creatu aliquo-
ties excreverat cruenta; Hoc autem a capite potius quam
gutture promanare censebam, quia nullus in gutture a me
percipi poterat tumor, sed rubedo insignis inflammationem
non contemnendam oculis sese nostris subjiciebat. Circa
octavam vespertinam praeterea inungat musculos colli ex-
ternos subscripto linimento & apponat lanam succidam in-
unxi R. Unguenti rosati chamomaelini & Dialthaeae a ℥iij
Ol: chamom: rosati (a) ℥bj M. f. linimentum. Cras
etiam ut paroxysmo occurrat obligatione pulticulae nostrae
febrifugae utrique carpo unica hora ante accessum dieruis
intercalaribus capiat dosim cremoris tartari ex Stadio
in aurora; Continuatione horum medicamentorum cum jam

negotia mea me hinc avocent spero eum pristinam recuperaturum sanitatem; Quare auctor illi sum ut non negligat media. Deumque rogo ut iis instructus voti fiat compos.

LXXVIIII Status. Domini Guilielmi Langton delineatus 18 Septembris 1632.

Juvenis hic annorum plus minus viginti trium iam ab aliquot annis vitam egit valetudinariam. quam ut corrigeret usus fuit ope variorum medicorum: qui multa frustra tentarunt; Ac tandem etiam me accersiri iussit ut illi suppetias ferrem. Cum autem advolassem conquerebatur potissimum de dolore circa regionem renis dextri deorsum versus omoplatam dextram tendente non quidem continuo, sed saepius idque subito recurrente vel diu durante. dolor autem hic semper stipatur calore insigni de quo anxie admodum conqueritur. Praeterea quamvis satis bene appetat cibum, minus tamen dextre concoquit ut patet ex tristi sensatione quam percipit circa ventriculum tribus horis ab assumpto cibo. & noctu post primum somnum sine ullis tamen conaminibus vomendi. Alvum plerumque habet constipatam, & cum natura tardius deponit faeces alvi tunc symptomata supra enarrata invalescunt non sine perturbatione aliqua mentis nam timore ac moerore frequentissime percellitur. Haemorrhoides quoque non raro patitur externas & internas. Quorum symptomatum causas ut perstringam ab ipsorum viscerum affectorum labe incipio. Iam ab aliquot annis melancholia hypocondriaca affectus fuit ut patet ex variis timoribus quibus certe hic obnoxius est propter atros vapores a liene &

meseraeo sursum elatos, qui dum phantasiæ repræsentant imagines offuscatas imaginationem male afficiant necesse est. quemadmodum vitrum crystallinum deaurætur fumo nigro candelæ ardentis, ac sic aspectu fœdum est, contra vero radijs solaribus coruscans idem intuentis oculos reficit, sic dum vapores laudabiles sursum elevantur non modo phantasiam, imaginationem & intellectum, sed etiam ipsam voluntatem reficiunt, cum contra calliginosæ exhalationes nil nisi tristia & horrendas contemplationes æquè offerant. Cuius causa est in liene qui gaudet succo atrabiliario seu potius crassiori quem ex chylo in venis meseraicis contento attrahit ad ejusdem depurationem, ejusque portionem vertit in proprium nutrimentum eam sibi assimilando, portionem vero corpori post normato(?) q illi debetur communicat per multiplices illas, quæ illi implantantur, arterias; Verum præpedito hoc munere lienis. calor hepatis attrahit chylum non rite defæcatum unde sanguis qui ex eo fit terrestribus turget melancholicis & acrimonia sua & calor partes debiliores lacessit, ita ut mirum non sit si ejusdem portiuncula ad lumbos circa renem extimu relegata per vices ei negotium facessat: viscera autem calorie inde quasi a radice per varies uberiores & rotissimum in facie conspicuæ suffusiones fiunt a conciliatione urius materiæ [illegible] animi vel motu aliquo repentino corporis propter vaporosam ejusdem constitutionem. Huic autem vitio lienis occasionem meo judicio primo dedit frigida intemperies ventriculi & intia hepatis [illegible] jam ventriculo non rite concoquente & præparante

materiam alimentariam, hanc crassiorem et non satis elaboratam attrahunt venae meseraicae unde propter viscidi-tatem vas lienis obstruit; ac hinc tantarum calamitatum catervigo, ventriculique dolor post tres horas ab assumpto cibo; Quibus omnibus appropriatis praesidiis occurrendum praesertim cum res eo jam devenerit ut natura non raro succi hujus praeternaturalis copia gravatam atramque per haemorrhoides deponere conetur. Ex hisce itaque indicatis omnibus curam tentandam censeo. 1. Removeantur faeces in primis viis cacentes. 2. deinde aperiantur obstructiones meseraicae hepatis et lienis 3. Corroborentur partes nutritionis dicatae: ac demum refocillentur spiritus.

Pro primo exhibeo illi hoc praeparatorium quod Rt. Aquae absinthii ℥iv Syr: de fumar: compo ℥j. Crist. tart: ℈j. M. sumat in aurora & sequenti die capiat hanc potiunculam qua ℞. Infus: purg: melanagogae ℥iij Syr. ros: pallid. compos: cum agarico manna calabrae ℥i. Crist: tart ℈[illegible] unde 7 ad minimum dejic.

Remotis hoc modo faecibus ut secundae satisfaciem indicationi exhiberi iuss pilulas specificas splenéticas quarum capiat unam in aurora & unam quarta pomeridiana cum moderato exercitio ad horam spacio 30 dierum

Tertiae intentioni satisfacere conatus sum electuario corroborante & peptismum ventriculi promovente.

Quod si aliquando haemorrhoides turgeant cum dolore praescripsi hoc oleum injiciendum metrenchyta & linimentum simpliciter quod

℞. Olei lini ℥ß. Florum rapi barbari M. i. coquantur in duplici vase & exprimantur.

Rogo Deum ut his medicis ita benedicat ut juvenis hic iis instructus optatae restituatur incolumitati.

LXXXIX Status Dni Georgii Guinett delineatus 24. Septembris 1652.

Æger hic annorum circiter 34 constitutionis ex sanguinea
melancholica post deambulationem & exercitationem minus
ab aeris motu corporis excitato aliquamdiu morabatur in loco
opaco ubi post brevem refrigerium incidit in dolorem puncto-
rium lateris dextri acutissimum cum tussi & expuitione cru-
enta die martis ultimo elapsa circa duodecimam vespertinam
post primum somnum ac proinde residuum noctis duxit insom-
nem, tam propter crudelissimam lateris sensationem tussim &
respirationem impedientem quam propter acrimoniam vaporum
sauciantem meninges. Vocabar itaque in morbi principio ut
manus auxiliatrices adferrem sed cum ruri profectus es-
sem, ope cuiusdam nescio cujus Empyrici usus fuit prius
frustra tentasset lenitionem doloris appositione laterum
candentium. Circa medium itaque diei morbi quartae ap-
perta illi fuit basilica dextra & sanguinis emissae
illi fuerunt unciae circiter duodecim notis putredinis con-
spurcati. Unde ratione derivationis statim subsequebatur
levamen ad horas circiter quatuor, dolore tamen recur-
rente punctorio post meridiem cum metu lipothymiae pro-
pter magnitudinem morbi & virium jacturam ex copiosa
sanguinis missione. Quare supra nominatus assistens ex-
hibuit illi [illegible] [illegible] in [illegible] scammoneatis cir-
ca medium diei quintae repurgavit aegrum sed sine ullo
manifesto levamine & cum difficili tolerantia, nam
durante operatione ita male se habebat ut desperaret
fere omnimodo de recuperanda sanitate nec sibi bene con-
scius esset ubinam esset quidve ageret ac proinde voca-
bar demum circa finem ejusdem diei quintae ab hora de-
[illegible] & advolavi circa aut potius paulo ante medium
diei sextae & reperi aegrum viribus fere prostratis, pulsu

enim exiguitate sua virium jacturam, inaequalitate vero
febrilem constitutionem arguebat quam confirmabat urina
materia sanguinea cooperiens ex vaporibus fuliginosis concita-
tione adusta rubida pilulis supra dictis usum evacua-
[Febris] autem solummodo symptomatica statuenda ratione
pleuritidis verae quam satis indicabant dolor acutissimus
isque pungitivus lateris dextri paulo supra diaphragma
cum sputo cruento. Sed difficulter tussit, cui difficultati
utrum ansam praebuerit medicamentum detersorium intem-
pestive exhibitum judicent illi qui norunt quantum eva-
cuationes validiores per secessum impediant expectoratione[m]
quae in pleuriticis omni studio promoveri debet, cum tussien-
do natura ope mediastini tanquam per viam proximam
& maxime convenientem rejiciat phlegmone collectam ma-
teriam in & sub pleura. Oculos habet flavos a bile
totum corpus, inquinata massa sanguinea, afficiente propter
obstructum meatum cholidochum ut apparet ex urina
ea supra modum saturata. Statuendum itaque est rem
non carere periculo propter magnitudinem morbi & virium
jacturam spiritualiumque dispendium; In vigore autem aeta-
tis adhuc bene sperandum esse non nego praesertim cum
aeger polliceatur nobis obtemperantiam. Ex quibus hae
resultant indicationes. 1. Promovenda expectoratio. 2.
Dissipandae sunt reliquiae inflammationis pleurae col-
lectae in latere dextro. 3. Hepatis obstructiones icterum
causantes aperiendo meatum cholidochon sunt removendae
ut ita natura valeat per emunctorium proprium depo-
nere faeces biliosas ad intestina
Pro primo exhibui illi sumendam dosin decoctionis pecto-
ralis ex adianto, tussilagine, marrubio, ficubus sebeste[n]

hordeo decorticato cocti in aqua fontana, et saccharati saccharo rubeo, cuius compositionis deglutiebat sensim mane et vesperi circiter ℥ij. Praeterea in tussim saepe lambendum iniunxi cum bacillo radicis dulcis ex syrupo adiantini de farfaragine, liquiritia et syrupo acetoso syncero. Unde paulatim incipiebat expectorare viscida sed adhuc cruda [illegible]

Pro secundo apposui lateri dolenti hora somni emplastrum nostrum [illegible] multa experientia comprobatum. [illegible]

Pro tertio praescripsi has pilulas ex rheo, rasurae curcumae, trochiscis aaronis, numero nostro cachectico, excepto syrupo de cinorrhodo composito cum rheo.

Et ad eluendam oris sputationem ex fungosis vaporibus ortam hoc illi praescripsi gargarisma ℞. Aceti pomacei ℥iiij. Aq. ros. ℥vj. Mellis ℥ij. foliorum salviae [illegible] aluminis ʒß. Cuius usu mirifice refocillatus fuit.

Diaetam interim meam praescripsi tenuiorem ne natura pessime impeditam in concoquendo scilicet materiam morbificam; sed talem tamen quae respectum habeat in confirmandis viribus, ne earum iactura natura fatiscat.

Hanc noctem usque ad duodecimam transegit insomnem et inquiete, postea placidiusculo somno ad quatuor vel quinque horas refocillatus fuit. Urina quoque in signis concoctionis commendatior erat pauloque minus intensa: ac proinde exhibui illi unam pilularum supra descriptarum ac sic succedens moderatoque exercitio medicamenti effectum promovere conatus est.

circa decimam matutinam injici curavi enema ex decocto emolliente sacchari ℥iiij & butiro recenti unde dejecit excrementa laudabilia colore substantiâ & consistentiâ. Cum autem vires illi non sufficerent ad debitam expectorationem praescripsi illi ut unicam tantum caperet pilulam singulis diebus in aurora: & nisi natura suo fungatur officio singulis diebus circa quartam pomeridianam sollicitet alvum enemate supra praescripto. quotiesque tussi laborat aliquantulum syrupi & noctu horâ somni incipiat circiter 3 cochlearea decocti pectoralis, item sub eandem horâ somni; gargarizetque aliquando ad abluendum os, & sic discessi

Deus ita benedicat hisce medijs ut ijs instructus aeger optatae restituatur sanitati.

XC Literae missae viro Excellentissimo Dno Doctori de Mayerne super statu filiolae meae

Exeter 8. octob. 1632.

S. P. Misi filiolam meam natu majorem Vir excellentissime autor plurimum colende Londinum, ut regis tactu si Deo ita visum fuerit, liberetur a scrophulis, qui affectui occasionem dedit alvus quo corripiebatur ante biennium cum illa vix sextum aetatis attigisset mensem; Nam incidit tunc temporis in febrem ardentem cum maximo vitae periculo, a qua tamen refrigerantium & cucurbitaceorum usu imperato tandem illa sensim post octiduum liberata fuit, edomitaque malignitate ex radicibus stannorum aliquot bezoar orientalis convaluit. cujus etiam notissimum suadebant varia quae nobis tunc epidemice grassatae febris ideo malum morem ut de restitutione vix aliquid sperare auderemus. Sed quantam intemperiem hic morbus impresserit hepati caeterisque sanguificationis visceribus

successus indigitavit, flaccescebant enim illi musculi,
tumebat venter, inque molem æquo sublimiorem caput indies
crescebat cum tanta alvi constipatione ut non nisi crucia-
tibus dolorem & difficultatem procedentia eam unquam de-
poneret; unde æstuante nobate calore præternaturali pru-
ritionibus caput obnoxium fuit. quod vetuit succum exci-
piens excretiones serosas ac cerebri frigiditate conden-
satas protrudebat statim ad oculos, indeque ophthalmiam
& lippitudinem admodum contumacem cum palpebrarum in-
versione causabat, statim ad cutem cum efflorescentia
pustularum curatu difficilium, quarum cicatrices adhuc nostram
famula ostendet r. S. E. Per totum semestre oculis clausis
incumbebat materia purulenta, quotiesque abstergentium,
refrigerantium, & moderate desiccantium usu iis opitulari
conabamur, toties palpebræ invertebantur. Quare coacti fui-
mus abstinere ab applicatione topicorum & totum onus
committere naturæ postquam ventris tumorem proprio nu-
mine curassemus pulvere composito ex ineo, foeculis aronis,
crystalli tartari, cornu cervi usto, & chalybe calcinato,
cuius circiter ʒß capiebat spatio mensis in aurora je-
juno ventriculo & tantundem quarta pomeridiana. Annus
est a quo liberata fuit ab obstructionibus viscerum
concoctionis & ipsius; & tunc videbatur natura suo funga-
gere officio nutriendo corpusculum nec ad mensem unum
aut alterum. Postea languebat denuo non sine manifestis
illis tumoribus pituitosis ad capitis emunctoria vi facultatis ex-
pultricis motis. nec [illegible] [illegible] utrique ca-
pitis eruptionibus recentibus. Tandem morbillis quoque labo-
ravit quos ei profuturos sperabam propter depurationem
sanguinis impurioris. At certe de eo tempore [illegible] melius in-
[illegible] [illegible] potius naturæ [illegible] quam [illegible]

curatione partium mitentium, ut pateat ex tumore labiorum fissura & salivatione aliquoties quamvis incertis vicibus recurrente, timoremque augebat tumorum sub maxilla et tonsillarum incrementum. Itaque opem tuam vir experientissime impetro singularem qua me semper prosequutus es benevolentia pro humanitate tua & animi erga me mansuetudine rogo me hoc digneris favore, ut filiolae nunc meae miserrime afflictae sanitati tuo praesentissimo consilio conatusque nostros haud gravatim promoveas ut ita Deo favente tua institutione ope mature restituatur sanitati. Vale in Excellentissime & mihi filiolae meae & studiis meis favere perge. Dabantur raptim Glocestriae 8 Octob. 1632.

T. E. Observantissimus Samuel Baker.

XCI Status Dominae Eleonorae Cachmay delineatus 28 Octobris 1632.

Virgo haec annorum plus minus triginta constitutionis corporis tenellioris & macilentae frequenter obnoxia fuit paroxysmis hystericis & convulsionibus, a quibus mea opera jam bis cum omnia exitium praesagirent singulari Dei favore intra septimanam liberata fuit praeter multorum expectationem. Et annus est a quo ultimo tenebatur accessu. Circa initium Septembris ultimo elapsi coepit conqueri se interdum trahi quasi ab assistente etiam nullus ei adesset, a motibus procul dubio praeter naturalibus & convulsivis, concitatis accubitu materiae flatulentae & corruptae ad nervos, eorundemque principia. Donec post mensem plus minus subita timoris passioni ansam daret rixantium jurgia illa praesente, Tunc enim quasi in animi syncope correpta decumbebat spacio 15 dierum obmutescens nec quicquam ingerendorum admittens

propter aphoniam ex motu naturali spirituum animali-
um intercepto, & deglutitione impedita eadem de causa, non-
nunquam aliquoties motibus convulsivis noctu denique crebro recur-
rentibus. Obsonuit illa diebus noctu, visa timere terrori-
is a nulla causa externa, sed a variorum imaginum melan-
cholicum phantasia nescio quae spectra offerentibus incidit in
paroxysmum convulsionis inusitatae & mirae decumbebat
enim spatio ad minimum quatuor horarum prona, quam con-
vulsionis speciem fieri ἐμπροσθότονον vocant, brachio dex-
tro inflexo in dorsum, manuque ad omoplatam, laevo
vero pectori ita firmiter affixo ut nullo ingenio, nullisque
viribus removeri possent; hunc paroxysmum exceperat
alius, in quo decumbit supina spina dorsi illa convulsio-
nis specie contracta quam ὀπισθότονον vocant, et tum eju-
lationibus & risibus sensationibus dolorem regionis cordis pro-
ximum prodit, postquam prioris accessus tempus silen-
tio transegisset; In hoc secundo & clamoroso accessu
admodum expetit costas regioni cordis oppositas violen-
ta manuum compressione coerceri. Protracto hoc pa-
roxysmo ad horas plus minus duas, succedit alius quo
denuo obmutescit cum omnimoda ~~...~~ aphonia, & tanta
debilitate ut assistentibus tum videatur agonizare.
Post totam circiter functiones suas denuo recuperat facul-
tates animales. Pulsus semper debilis, sed in syncope
accessum tertium claudente fere videtur prostratus. Parum
aut nihil appetit, difficulter egerit nec non nisi irrita-
ta natura enemate vel suppositorio. Lotium vix emei-
tendit spatio 13 horarum, & tum sat copiosum, sed auc-
ratum, & ita refertum faecibus quippe mistas ut non sit
mirum si ejusdem earundem copia libertatem mictionis im-

pediat. Recurrunt hi paroxysmi enarrato ordine jam
singulis diebus ter ~~certis~~ certis periodis puta quinta ma-
tutina Prima pomeridiana & duodecima noctis alij tamen
alijs diuturniores sunt quemadmodum et lucida intervalla.
Omnium maxime producitur nocturnus ejusque intervallum cæ-
teris brevius est. Ægra jacet copiose & periodice [illegible]
[illegible]. Cum autem rationi consonum sit humores qui
nobiliores sunt eo graviora inducere symptomata [illegible]
integritatis peccant, ideo hinc colligo succum peccantem esse
semen stagnans [illegible] a quo spiritus venenati sur-
sum elevantur, & dum [illegible] partes aerem petunt ner-
vos afficiendo convulsiones illas inducunt, dissolutaque [illegible]
teria aut vice vaporibus concitatis & hypochondriorum
[illegible] grave per [illegible] excitantur non sine spi-
rituum dispendio unde [illegible] & clamo-
rosam anxietatem inducit, donec defectu spirituum con-
tinuitate paroxysmorum incidat in syncopem. Narravit
mihi jam ægra se habuisse ultima vice menses copiose
quidem sed admodum atros & foetidos puerperarum non dis-
similes, ac antequam omnimodo cessassent metu terrore eos
conditos fuisse; ita ut hinc pateat sanguinem qualitate
peccantem causam esse antecedentem, & ferocia paroxysmorum
virium seminis arguit. Statuendum itaque venit rem esse
[illegible] plenam tam ratione violentiæ resistentiæque morbi
quam virium [illegible]: Omnimodo tamen desperandum
non est de ejus salute quia lucida intervalla [illegible]
integritatem actionum animalium & natura antehac cum in
morbi videretur [illegible] eo successu temporis Dei beneficio
[illegible] facta superior; Quem scopum ut jam attingat, Re-
purgandum venit corpus deinde uterus [illegible]

primendus, quia violentia paroxysmorum sublata neglecta causa earum habeamus rationem. Ac demum uterus et vasa spermatica semen sanguisque illis inclusus corrigi debent tam eliciendo noxia, quam emendando eorum intemperiem: Quibus peractis caeterae partes per consensum affectae nostro specificis cuivis appropriatis [illegible] restituentur integritati.

Pro primo cum alvus illi admodum esset constipata statim ordinavimus suppositorium compositum ex sacharo et alumine. Ac sequenti die ab iniecto enemate eam [illegible] deposuit, circa Nonam vespertinam illi nihilominus exhibui circiter ℥i [illegible] [illegible] sumendarum singulis noctibus in eadem quantitate.

℞ Aloes purae ʒii Rhei pulv: Agaric: ana ʒi. [illegible] radicis bryoniae ana ʒß. [illegible] tart: Salis [illegible]: ana ʒi ℳ. cum [illegible] [illegible] de [illegible]: f. pil:

Pro secundo foetida naribus et odorata mulieribus applicui et exhibui illi iulapium hystericum et antiepilepticum pulvere impraegnatum. Ut derivationis ergo vesicatoria suppo: sui [illegible], nec non emplastra discutientia utrisque temporibus affixi.

Tertium pessarys et supra dictis medys perficiendum non neglecta interim diaeta convenienti. Sed haec omnia exiguo cum emolumento. Faxit Deus ter Optimus Maximus ut aegra hic instructa medys a morbo hoc aerumnarum plena feliciter successu temporis liberetur. Ac sic discessi die 29 Mensis octobris Anni 1632.

XCII. Status Domini Caroli Jaye delineatus 2. Novembris 1632.

Vir hic annorum plus minus 30 constitutionis corporis validioris coepit conqueri ante [illegible] de dolore colli ad nucham saepius invadente. quem excepit sequenti die alius parox:

torius in hypocondrio sinistro, qui vomitionibus aliquot spontaneis fuerunt soluti; remanente tamen intemperie calida sicca cum siti cuius causam satis superque prodit ictum mis saturatum bile, crudum adhuc sine ullis notis concoctionis: Ita ut hæc febris, habenda sit synochus putrida. Pulsus facultatum vitalium summam indicat debilitatem & proinde ratione virium prostratarum & magnitudinis morbi periclitari ægrum ambigendum non est, præsertim cum in morbi principio requisita medicamenta rejecerit; Omnimodo tamen de eo desperandum non est, cum ægrum habeamus [illegible] & in ætatis vigore. Flavum habet urinam & [illegible] colorque dejectionum flavedine sua [illegible] putredinem materiæ peccantis [illegible] sudore arguit; ac eiusque acrimonia commutata natura irritatur ad [illegible] noxiarum expulsionem. [illegible] dormit humiditate cerebri non parum coercente exhalationes biliosas: Causam huius affectus antecedentem statuo bilem in visceribus, folliculo fellis, & hepate copiose coacervatam. Procatarcticam frigus equitatione nocturna contractum unde impedita eventilatione appulsu aëris frigidioris quo obserabantur pori, fomes in profundo latitans fuit accensus. Continentem vero eandem bilem toti massæ sanguineæ commixtam.

Hæ itaque ex prædictis resiliunt indicationes. 1. Vires cardiacis sunt refocillandæ, 2. Intemperies calida sicca humectantibus & refrigerantibus corrigenda, 3. Bilis præternaturalis & putrida per viam convenientiorem educenda; venis.

Pro primo exhibuimus pulverem alexiterium nostrum ex

vesceto cum pauxillo diascordij hora somni;
Pro secundo in cula pice crispinus ex chinoraceu cum
lorico decoctuato & caeteris raciisq aperientibus seu-
ata convenienti quantitate sumi jmotum
Pro tertio exhibuimus singulis auroris ℥ß Crystallorum
tartari ex supra dicto brodio tam ad coercendum di-
sui fervorem deopilationemque hepatis promovendam, quam
ad incitandam naturam ad eiusdem sudore vel urina
eliminationem.
Ac in meliusque in dies jam restitutum regium reliqui 4 Novem:
bris 1632. Quibus Deus benedicat in ejus salutem.

XCIII Status Domini Thomae Williams delineatus 22 Novembris A. 1632.

Vir hic annorum plus minus quinquaginta complexionis
sanguineae ac proinde constitutionis corporis ovalioris con:
queri coepit decima quinta die huius mensis cum esset Lon-
dini de nausea & anorexia. Cum autem hoc illi contin-
gere [putaret], vitio aeris fuliginosi, accinxit se itineri & tribus diebus
rheda vectus fuit domum. Verum mutatio aeris nil parum
proderat. nam singulis noctibus primum erat sudare &
jam continuus sudor impediebat moderationem caloris fe-
brilis. quo aestuabat cum siti molesta, propter collectam
bilem putrescentem circa viscera concoctionis, sanguinisque
effervescentia vapores acriores meninges laminantes indu-
cebant vigilias mentemque ita perturbabant ut experrectus
assereret se nescire an dormisset. nec non praeterea die mor-
bi quinta natura percipiebatur ab assistentibus extrusis-
se sanguinis effervescentias ac ejusdem ebullitione a centro

ad peripheriam cutem universam cooperientes & mortibus si-
millimas. Secunda quoque excernebat pituitam admodum te-
nacem et viscidam, bileque permixtam ac proinde flavescentem.
Lingua illi arida & sicca, ab aestu praeternaturali exsic-
cante partes tenuiores humorum & calidis exhalationibus
fauces inanantesque ferentibus. Quibus omnibus perculsus
vocabat die morbi sexta, cumque advolassem reperi cum
lecto affixum. validitas tamen pulsus constantiam facul-
tatum vitalium adaequabat. sed urina coloris straminei sine
ullis notis concoctionis praesagium defectum indicabat. Quare
statim imperavi illi diaetam tenuiorem & quo natura ur-
gebat eiusdem motum promovebam exhibitione scrupuli unius
pulveris bezoardici Lucani ex haustulo posseti medicati
adiectione syrupi de liquiritia ad compescendum sanguinis
fervorem, & caryophillorum ad refocillationem ℥ij.
Unde placidiuscule transegit hanc noctem, & a somno bene
se habebat, egoque dormisse asserebat; Sequenti die mane
iterum exhibui illi iusculum tenue medicatum cum
tartaro tam ad compescendum sanguinis fervorem, quam ad
irretendam hepatis saburram una cum lotio per ureteres
ad vesicam. Sudore viscidiori universa cutis madebat, sed
moderato & cum levamine; & ideo naturae profuturam hanc
excretionem statuebam. Cum autem tota hac die nihil se-
cessu deposuisset. iniici curavi enema emolliens & carminans
circa quartam pomeridianam. sine adiunctione catharticorum
ne naturae motum minus opportuna attractione impedirem
statim ab iniecto enemate avocabat. ad Dominam Cotton
Laure imperavi illi ut singulis noctibus repeteret dosin
pulveris nostri bezoardici ex posseto alterato syrupo de
liquiritia & caryophillorum; & singulis auroris caperet dosin

crystallorum tartari ex Greco. Ac ii veniam hac conditione
impetravi ut si mea ulterius indigeret opera vocatus statim
ad eum remearem. Quare accenso equo inde profectus sum.

XCIV. Status Nobilissimæ virginis Dnæ Annæ Cotton delineatus 23 Novemb. 1632.

Virgo hæc annorum plus minus 13 capit conqueri die
19 huius mensis de faucium dolore loquelam & degluti-
tionem impediente, quo malo antehac sæpiuscule fuit co-
nexa & curata appositione cataplasmatis ex albo græco
ejusdemque portiuncula in potu deglutitione. Verum cum
jam usu prædictorum pharmacorum malum non cederet
sed indies incrementum caperet, me accersiri jussit 22.
die huius mensis, & advolavi circa 8 vespertinam,
eamque reperi debiliorem, quo ad facultates naturales
appetitu dejecto & vix assumpto jusculo frequenter
nauseabundam. Laudabilis tamen pulsus mihi quod pau-
lo inæqualior erat propter fuliginosas exhalationes
ab hepate cordi communicatas, robustamque indicabat
vitalium facultatum constantiam atque vires. Lotium ad-
huc turbidum & crudum defectu pepasmi erat. Inspec-
to gutture apparebant oculis turgentes tonsillæ copia
aphthae[?] pituitæ admixtæ eo affluxu congesta. Ac proinde
eam corripi anginæ affectionibus dixi. Modo frigebat
modo æstuabat propter diversitatem materiæ peccantis bi-
lis scilicet & pituitæ hepar obstruentis. Cuius obstructi-
onem satis confirmabat nausea ventriculi abhorrentis
inter alia edulia præcipue carnem. Nec mirum quod
tenellula hæc virgo alias catarrhis frequenter obnoxia
jam patiebatur anginam, cum tempore pluvioso & adum-

tunc meretum grassari videtur. Hippocrate. aphorismo 22 3 & 16 3 Cum autem tumores insignes tonsillarum oculis in-spicientium in aegra manifeste se subjicerent ex aphorismo o-rene sperandum assistentibus dixi. Ac proinde cum noctem praecedentem duxisset insomnem inquietamque fumosis vapo-ribus hepate furiosum calore conspurcata esset, et consultandum certum secundum has indicationes. Solvenda alvus quae constipata erat. 2. Ne spiritus vivaciores incendantur in postumis vigiliis ac sui paraphrenitidem causent. sequestran-di sunt. 3. Discutientibus gargarismatis & externis topi-cis fluxus ad tonsillas cohibendus. 4 Victum ratio ha-benda est.

Pro primo statim postquam appulissem cum mihi dem-isisset ut supponeret statim glandem saccharatum imperavi ac. sequentibusque diebus enemata emollientia & carminantia injeci cum admixtione aliquando catharticorum prout rei exigentia postulabat, donec lotum proceret rotas conuniti-onis habens. Ac tunc exhibui illi potiunculam ex infu-sione purgante, cum syrupo rosato composito cum agari-co & manna.

Pro secundo prima nocte cum praecedentem duxisset insomnem exhibui illi ℥ß. Diacodii cum ʒj diascordii ex haustulo posceti, unde quietam egit noctem, ita ut ea-tora somno refocillata fuit. & reliquis singulis noctibus loco diacodii substitui syrupi cariophili de syrupo ℥j. Unde non parum reficiebatur.

Pro tertio syrimum gutturi misci tertio quaterve sin-gulis diebus aliquid huius gargarismatis calefacti.

℞ Aceti Omphacini, aquae plantaginis ana ℥ iiij. Fol. ro-rubrarum, ficaterum M j. stent in infusione ad extrac-tionem tincturae. deinde coquantur addito mellis ℥ jß.

fluminis xi. Ac demum traijciantur per manicam 33
Hippocratis ad absolutam defæcationem. Hac injectione
incipiebant evanescere tonsillæ. Hæc præterea alterum
quam faciam quæ omnia voto ita respondebant ut
ad alia transire non fuerit opus. Præterea derivatio-
nis ergo sub utraque aure apposui emplastrum vesica-
torium cum emolumento.

Pro quarto singulis noctibus exhibui illi vel siru-
pos cathartos supradictos ex proposito per se, vel cum
in modico diascordij vel cum ℈i magisterij perlar-
um ut res necessitas postulabat.

Hisce medijs & diversionis ergo appositis emplastris vesi-
catorijs appositis sub utraque aure omnia in melius verge-
bant usque ad diem morbi octavam, qua cum ignis dubi-
usculé accedisset faciesque illi incaluisset, tenuior sanguinis
portio sursum elata ejusdem tumorem inducebat externum.
Quare exhibui illi hora somni iulep ʒi℈. pinnatum
de bieta cum aquatico, sed illa nocte potum vix degluti-
re poterat, ejusdemque inter bibendum excernebat portio-
nem per nares majoreque cum difficultate loquebatur quam
diebus præcedentibus, sanguine calore ignis attenuato, & di-
labente ad partem debiliorem. Quare cum nondum de-
crevisset circa secundam pomeridianam sollicitavi alvum e-
nemate emolliente & carminante. Unde desijt vicina ad
nodum & fætentia; Statim ab absoluta operatione auri-
bus à nucha denuo apposui emplastra vesicatoria, ac
cataplasma ex melle & albo græco gutturi. Circa quar-
tam vespertinam cœpit ut singulis noctibus solita erat conqueri
de dolore ventriculi a vaporosa procul dubio commotione
materiæ fermentationi similis præductis & enemate sublata.
Quare exhibuimus cochlearia duo aquæ antrax ac su

 ivit cuiibum circa quintam vespertinam. Quod autem hic ventriculi dolor non fiat per ejusdem protopatheiam sed per consensum hepatis arguit illius inconstantia. Ingruit enim solum circa vesperam. Hora somni igitur exhibui illi ℨß pilulatum de hiera cum agarico, tam ad expediendam saburram stagnantem in meseraeo quam ad derivandam materiam faucibus illabentem a capite.

XCV. Status Dni Abelii Repers delineatus 31. Decemb: 1632.

Juvenis hic annorum plus minus viginti conqueritur de atrophia subortа a tussi ferina, Huic autem malo primo originem dedit equitatio durante adhuc tempore pluvioso circa 8. Octobris ultimo elapsi, nam ab illo tempore sensim indies pejus habuit, distillatione scilicet continua lacessente pulmones, ac pituitam eo demissam stimulata natura tussi excernebat, Donec malum indies incrementum capessens medicam postularet auxiliatrices manus, quare usus fuit consilio nescio cujus empirici Donec rediisset ad parentes & tunc ut mea uteretur opera me accersiri jussit. Reperi autem aegrum admodum Debilitatum vi morbi, Utrumque enim hypochondrium renitentiâ suâ prodit ad tangentis manum hepatis & lienis constitutionem scirrhosam. Praeterea tussis illa diuturna procul dubio labem difficulter reparabilem jam impressit pulmonibus

ut conjunctè ex febre hectica. orta a fuliginosis vaporibus vel arterias toti corpori communicatas qui musculoso habitui negotium facessentes frequenter post somnum praecipue excluduntur sudore. Quos autem malum progressus fecerit musculorum concidentia satis superque indicat, calor enim ille febrilis qui vix ab aegro minus ab assistentibus animadvertitur sensim jam depopulatur humidum primogenium, quod una cum mixtis vaporosis humoribus protraditur tunc cum natura sarcinam inimicam deponere conatur. Statutum autem est omnes evacuationes symptomaticas esse periculosas, quia natura tunc cum virium jactura excernit crudis succis commixtum laudabilem humorem, ac proinde censeo rem esse ancipitem & periculi plenam. praecipue cum pulsus sua inaequalitate & celeritate confirmet cordis incendium febrem inducens hecticam. Dejectiones quae antehac fuerunt liquidae laudabiliores sunt consistentia ac proinde aliquid polliceantur. Ut itaque ei opem feramus instituenda nobis venit therapeia secundum has indicationes.

1. Caput corroborandum ne recipiat exhalationes sibi ab hepate communicatas quibus oneratum demittit pituitam ad pulmones tanquam partem debiliorem.

340 2 Pituita illa viscida collectione in pulmonibus congesta ijsdemq; putredinem imminans eliminanda. 3. Hepatis obstructiones, & lienis per epicrasin sunt tollendæ.

Cum autem malum ortum duxerit a frigore totius corporis & pedum madore diuturno, unde repercussi humores & sanguis collecti fuerunt circa viscera concoctionis & calidiora ac per consequens calidiori facultate attractrice pollentia; illa tum ordinem postularent, sed vires ita jam sunt profligatæ ut satius sit illud differre donec se aliquantulum si Deo placuerit recollegerint. Quare pro primo auctor illi sum ut post diversiones factas, vesicatorijs nuchæ appositis utatur electuario hoc a prandio & cœna.

℞ Conservæ florum calendulæ verbasculi odorati, cydoniorum, betonicæ ā ℥j. Calami aromatici praeparati: Trochiscorum gallarum ā ʒj. sumi
q. s. syr: de beton: M. f. Elect:

Pro secunda indicatione inserviunt decoctiones pectorales ex specificis pulmonicis & rotellæ ex tragacantho frigido floribus benzoini sulphuris & saccharo conflatæ. Hic autem abstinendum censeo a syrupis quia ventriculus jam nimis est oneratus ut patet ex irritis vomendi conaminibus quibus aliquando quamvis raro corripitur.

Tertiæ indicationi satisfacient hepatica & [illegible]
netica quibus ipse cibus medicatus sit donec
tutum sit ad validiora progredi.
Interim diæta instituatur conveniens boni
succi & facilis concoctionis, cum admixtione
specificorum incidentium & refrigerantium qua:
lia sunt cichoracea, hordeum decorticatum &
similia.
Quibus omnibus Deus ita benedicat ut æger
nu a morbo calamitoso & languoris pleno li
beretur ex animo precor.

CXVI Status Domini Thomæ Roberts delineatus 15 Januarij 1632.

Vir hic annorum plus minus triginta complexionem
sanguineam incidit in febrem malignam 10 die huius
mensis vocabat vero decima quinta, ac tunc nocte
duxerat insomnem urina flammea colorem præter:
naturalem & incendium universale [illegible] prodebat ex
igua quantitas absque diarrhæa humiditatis absump:
tionem a calore effervescentia. Præterea in pectore
phlegmone apparebat in igne operiens spatium quod
a [illegible] sinistra ad claviculam natura eo deponen:
[illegible] inguinis [illegible] conatati. [illegible]
rubore suffusa erat eadem de causa, pulsus mag:
nus & velox propter copiam fuliginum cor infestan:
tium. [illegible] inde ut compescerem sanguinis furorem
[illegible] a sollicitata alvo aperui basilicam sinistram

x enim, i sanguinis circiter ℥ iv putredinis notis inqui-
nati & valde calidi; Hora somni vero exhibui illi Ju-
lapium cardiacum cum duabus ℥ ijs diacodij unde dorm
ivit placide & somno refocillatus incendium mitigatum
erat. phlegmone vero ne tantillum alteratum. appo-
sui itaque denuo pectori cataplasma conflatum ex
radice, mica panis, auxilio croci; & olei olivarum;
et exhibui illi in aurora dosin Cristalloz tartari ex
brodio tam ad digerendam materiam morbificam, quam
ad eliminandam ejusdem portionem per vias urinarias.
Et imperavi continuationem eorundem in aurora, ex
ra somni sumptionem julapij cardiaci supra praescrip-
non neglecta praescriptione convenientis diaetae. Non
autem exhibui illi pharmacum dejectorium ne motum
naturae protrudentis portionem materiae peccantis ad
peripheriam pectoris impedirem. ejus autem ventrem im
plebant suppositoria cum enemata non admitteret, ac
ile discessi 14. die huius mensis. Deum rogo ut
his medijs ministerio aeger incolumitati restituatur in
columitati.

CXVII Status generosissimi viri Dni Antonij Dawson delineatus 21 Jan. 1632.

Sit hic annorum plus minus 44 temperici naturalis
calidae siccae ut collige ex habitu gracili & capilla
menso nigro circa decimam huius mensis coepit con-
queri de anorexia. vigilijs. vomitu spontaneo, lassi
tudine membrorum, sine exquisitis doloribus; Crebro
tamen desiciebat sine ullo levamine. Quare debilitate

indies incrementum capiente accersiri jussit vicinum
quendam empiricum, qui non examinata causa statim
injecit enema emolliens, ac hora somni exhibuit illi
nescio quod, ut ipse fatebat, cardiacum, unde se-
quentem noctem transegit somno. Sed in aurora sequenti
tum amicorum vocari voluit. Clarissimum virum Dm Veeck
cum autem ille videret aegrum torqueri vomitionibus
spontaneis sumpta indicatione a natura motu qui
conabatur noxiam materiam visceribus naturalibus ad-
haerentem impactam protrudere exhibuit illi vomitorium le-
ve quo quater excussit bilem vitellinam satis copio-
se infusum; totiesque dejectionibus absolutum sunt
opus medicamenti cum facili tolerantia & levami-
ne. arguunt autem haec conditiones talia fuisse eva-
cuata qualia decet ex 3. aphoris. sect. 1. Ut autem
ulteriorem haberet rationem partium praecipue peccan-
tium puta hepatis & mesaraei repurgavit cum sere-
ni facili eccoprotico cum simili emolumento. Veruntamen
Empiricus supradictus nihil videretur fecisse exhibuit
aegro cardiacum hora somni post sumptum vomitum
unde videbatur aegrum stertere sequenti nocte. Hic mor-
peractis Dno Veelde, cujus praxis impediebat quominus
nus hic fungi posset officio medici assistentis, praescrip-
sit illi diaetam humectantem & refrigerantem modiceque
deobstruentem, ut hepatis aestum corrigeret, ejusque effer-
vescentiam coerceret, ac sic discessit. Cum autem ma-
lum esset in augmento vocabar & ego in consilium

344 advocavi itaque 20 die hujus mensis, postquam lotium
mihi fuisset oblatum inspiciendum die praecedenti quod
erat quantitate exiguum valde saturatum bile & fae-
tens ac proinde cum appulissem intestinis medicamen-
tis nebuticis, statim consilium inii cum Dno Heide
super statu praesentis aegri ubi ille confirmabat co-
ceptam opinionem de morbo partibusque principaliter
affectis, ac paucis enarratis quoque aegro suauten-
dum statuebat coactus fuit recedere ad aliam curam
commissam puellam. Dormiebat interim & totam
noctem subsequentem transigebat somno, Sequenti
die tota valde soporosus erat, ita ut medicamen-
tum Empirici cardiacum suspicari inciperem, Novi
enim illius dexteritatem in exhibendis narcoticis sub
titulo cardiaci. Nec immerito cum vigilias potius
potius pertimescerem ratione materiae peccantis, quae
tenuitate sua cito penetrat, acrimonia sua vellicat
& erodit calore suo exsiccat. quae ne vix quidem ae-
grum efficiunt comatosum. Examinatis vero sym-
ptomatibus sic de iis statuendum censeo. Urina di-
cta ut & dejectiones flavae & liquidae non sine
faetore indicant succum peccantem esse bilem pu-
trescentem. Anorexia ejusdem reliquias indicat
stagnare in mesenterio & sima hepatis parte, unde
portio relabens recessu excluditur propter flacci-
ditate ejusdem labefactatam facultatem reten-
tricem. Portio vero remanens suctionem venarum
meseraicarum impedit ita ut mirum non sit si appe-

-itus, it deiectus. Comatosus est idque ni fallor propter deglutitionem medicamenti narcotici; Motus habet convulsivos in utraque manu male scilicet affecto nervorum principio a vaporibus stupefacientibus, Lingua fuligine cooperta est, eamque incluvit circulus lividus ab exhalationibus biliosis a sede morbi sursum elatis non sine suspicione insignis malignitatis advententia a pharmaco perperam exhibito. Cum vero immoderatus somnus ex Galeni sententia lib. 12 metho: med: c. 3. crudos succos augeat, & viscera graviora reddat, ambigendum non est comatosos hos sopores augere noxam periclitantis aegri; praesertim cum morbo teneatur hepatico, cui ansam dederunt cruditatum congestiones obstructiones inducentes; Morbus ut frequens admodum novus est propter succorum cruditatem continuo et primo permeantium & venarum angustiam, sic facillimo negotio si ex artis praeceptis medela instituatur, curatur; Verum cum incrassantia & obstructiones augentia malum altius insegerunt, periculum ex commisso errore, gravius ingruit; Ita ut, pro rei conditione super statu praesentis aegri sentiam, Rem ex se tutam esse periculosam & ancipitem: Omnimodo tamen de recuperanda sanitate desperandum non est cum aetas aegrotantis in vigorem aspirans magnum novis pollicatur. Ut autem ei succurramus
1. Liberandum venit hepar & meseraum ab obstructionibus. 2. Stupiditas & mestitia corrigenda.
Hisce duabus intentionibus morbum curatum iri spero cum caetera enarrata symptomata sobotes sint affecti hepatis per...

340 se, & cerebri seu functionum animalium vitio medicamenti perperam administrati.

Non negligenda quoque venit cura pulmonum, nam sputum, quod antea non animadverteram tussi excretum est valde foetidum & biliosum, ita ut metuendum sit ne incidat in tabem pulmonum; Omnibusque autem hisce intentionibus satisfacere conati sumus hisce modis

Pro primo exhibui illi mane & vesperi circiter ʒj huius Electuarij quod ℞ Conservae rosarum ℥j florum coronariae, cichorei ana ℥jß. Specierum triium santalorum ʒj Aromatici rosati, Diarhodon Abbatis ana ʒj. Diamoschi dulcis ℈j. Cum s. q. syrupi de cichoreo cum R. f. Electuarium. Constitui autem ex communi consilio inito cum D. Feelde devenire ad validiora cum natura se aliquantulum recollegerit & tunc exhibebimus illi dosim harum pilularum quarum sumat unam in aurora & unam quartam pomeridiana cum continuatione exercitij moderati ut ... tam plus minus ab assumpta pilula.

℞ Ammoniaci depurati ut est artis ʒj. Rhei pulv. Foeculiarum aaronis ana ℈j. Cristallorum tartari ℈... Pulveris nucis cacacaedum ʒj. Cum s. q. extracti minoris centaurei minoris M. f. pilulae ut est artis.

Pro secundo si opus sit excitavimus sternutatorio ex pipere, pyrethro, helleboro albo, & castoreo naribus insufflato, & vesicatorio applicato ad nucham conavimur derivare materiam gravem hunc torporem inducentem & potissimum anteriorem cerebri partem gravantem:

Praeterea dabo illi saepissime deglutiendum cochleari

huius decoctionis pectoralis cui succurrendum primo: ... nibus ne noxam inducerent irreparabilem.

℞ Foliorum. Tussilaginis ana M. j. Pulmonariae quercinae. Rutae muralis ana M. ß. Dactylorum no. iiij. Ficuum no. 8. Coquantur in s. q. aquae Fontanae post debitam macerationem ut est artis & ad finem ebullitionis sine ... in infusione liquiritiae rasae & mixtae ℥ j. ... & colaturam dulcora s. q. sacchari cand. vulgaris.

Hoc autem medio singulari Dei beneficio pristinae restitutus fuit sanitati.

XCVIII. Litera datae Fratri meo charissimo:

Dno Antonio Robinson 3. Feb. 1632.

S. P. Scripsit mihi, mi frater, mater mea te conqueri de doloribus ventriculi & capitis. quos sobolem esse statue obstructionis lienis: Flatibus enim te teneri hypochondriacis non est quod ambigam, cum pro comperto habeam ex frequentiori examine status tui morbifici te propensum esse ad lienis obstructiones propter succorum cruditatem in mesaraeo congestam, cujus tenuiorem portionem hepar aequo calidius, validius ad se rapit & nutritionem lienis relinquit succum faeculentum qui in meatibus vicinioribus & angustioribus haerens successu temporis vas lienis obstruit, ac tui animam gravat variis incommodis quibus ita crebro torqueris. Non est tamen quod te terreat hoc malum, modo humani animo majora pericula avertere studeas. Ut autem meo non ... est ...

fixo. Ecce ultrò tibi offero manus auxiliatrices
pilulis deopilandis ejusmodi obstructionibus aptissi-
mis. Sic ratio mihi dictitat desumpta ab indicatio-
nibus medicis & confirmata multiplici experientia.
Auxilio itaque tibi sum, quod si aliquis tibi non sit
[illegible], eam [illegible] obtinere praescripta secun-
dum hanc formulam. ℞ Infus: purgantis [illegible] ʒiii
Syr: ros: comp: cum agar: massae a ʒi. gum
cale g: iii. m. Cap. in aurora. Et [illegible]
consulo ut capias unam harum pilularum [illegible]
ex pulpa pomi in aurora jejuno ventriculo ac
[illegible] moderato exercitio vitae deambulatione vel
lusu pilae palmariae continuato ad horam, velim ut
frangas diem. Tribus item horis ab assumpto pran-
dio degluties pilulam unam, & exercitato te ut in
aurora. Hisce medijs quotidie continuatis ad ul-
timam, spero ita bene tibi consultum fore ut in-
culpatae restituaris valetudini. Vale frater ca-
rissime & raptim effusis aequi bonique consule.

T. [illegible]am: S. [illegible]

XCIX Status Dnae Stephans delineatus
11 Februarij 1632

Domina haec annorum plus minus duorum supra qua-
draginta valetudinaria & variis obnoxia infirmitatibus jam
ab anno frequenter solita fuit conqueri de anorexia & bra-
dypepsia. Donec jam ab octiduo incideret in vomitiones ipsa

taneas crebro recurrentes spatio tridui, excreta autem huc 349
via erat pituitosa, viscida, & melancholica acida & alu-
minosa: Quare illa derivationis ergo sibi iussi mandavit
enema emolliens & carminativum cuius ope binas habuit de-
jectiones nigras admodum & unam aut alteram lauda-
bilioris coloris. Tussiebat praeterea & expuebat foetida
admodum cuius symptomatis originem facillimo nego-
tio colliges ex consultatione 62. p. 223. habita cum
D. D. Capivaccio 24. Augusti 1629. Statuo itaque cum
foetidam & virulentam istam materiam tussi excernat,
Vomicam ruptam esse in lobis pulmonum, ubi dolorem
percipit gravativum. Si enim sedes purulentae huius ma-
teriae esset vel lien, vel mesenterium, vel hepar, vel ven-
triculus, natura eam vel secessu vel vomitu exclude-
ret. Cum autem & vomitiones & eructationes nihil
ejusmodi vel gustui vel olfactui offerant, omniaque
talia solummodo tussi idque ex alto projiciantur, am-
bigendum non est de causa sedeque affecta. Noc-
tes ducebat insomnes propter teterras exhalationes ce-
rebro nervosoque generi immissas. Linquebat praeterea
animo propter viciniam vomicae ipsi cordi, unde pe-
nes isti vapores non levem offensam adferunt spiri-
tibus vitalibus. Ac proinde reor periculosam iam ae-
gram praecipue cum ulcera pulmonum omnia sint ve-
nenosa foetoreque magnam putredinem indicet. Praeterea
difficultatem auget prava diathesis viscerum naturalium
puta hepatis, ventriculi & lienis: iam enim incipit con-
queri de ventris tumore. Si tamen hisce morbis occurre-

conati sumus: quae tendunt ad desiccandum abstergendum & consolidandum ulcus.

℞ Adianthi, Pulmonar. quercin. ana M. j. Marrubij, Tussilaginis, Scabiosae, agrimon. ana M. ß. Radicum aperientium ana ℥ j. Ficuum ℥ iiij. Coquantur in aquae fontanae lib. viij. Mellis optimi lib. j. Despumentur & coquantur ad evaporationem tertiae partis.

℞ Flor. Benzoini ʒ ijß. Spec. Diatrag. frigid. ʒ ij. Flor. sulphuris ʒ ß. Sacchari opt. ℥ vj. fiant tab.

Bibat saepiuscule mustum hydromelitis & mane & hora somni capiat tabellam eamque deglutiat integram. Praeterea praescripsi illi diaetam modice humectantem & refrigerantem: ac sic Deum rogo ut ita benedicat his medijs ut illa a languore diuturno liberetur & pristinae restituatur sanitati.

C. Literae Dni Doctoris Lapworth super sanitate Dnae Speck datae 2. Julij A. 1629

Multa sunt quae ut te, Vir suavissime & Doctissime, salutem moveant; & aliqua sunt quae ut te in medijs negotijs interpellem, cogunt. Ea est enim vitae nostrae conditio ut ad aliorum nutum loquamur saepe. clientum vero nec est satium infortunio, & importunitate. qui nec a morbis liberi vivant, nec sibi satis consultum putant, nisi & medicorum plurimum suffragaretur iudicium. Hinc orta praesentes literae, subscripta est: quod non sedulus nostris Dna Specka: cui curandae quantum impenderis operae novit, qui te medicum novit sedulum & ingenuum. Quid addam non est. Est autem quod ut amicorum sollicitudinem

satisfaciam, vacat: Tu candide interpretare: & in mo- 351
lestiarum tuis me coarctatas ne asperere [illegible]. Memo-
res sumus priores meros, quem in praesentia faciem in
recessu foelicem [illegible] Davo ministrante [illegible] Deus fecit. Nescio
an malignitate venefica materiae. Numquid huius affec-
tus manent vel adhuc reliquiae? Numquid surditas a
[illegible]? Scio quid authores. Nescio quid tua
causa doceat. Nescio an malignitati venenatae materiae,
vel siccitati organi, vel humorum affluxui nimio, Nes-
cio cui causae iam assignem fixam surditatem. Morbo
si plene innotuerit facilior fit ad curam transitus. Novit
causam Dna & frequenti novit experimento, eo monen-
te ducere mihi voluptas foret. Fac quaeso ut proximus
referat nuncius. Interim purgetur caput affluxu [illegible]
pilulis vel pulveribusque propriis: Gargarismata accedant
vel errhina: & sternutatoriorum usus, clausis dum ster-
nuet naribus ut ad aures feratur ictus. Aurique vero
ipsis applicentur placenta vel fomenta quae discutiant.
& accedat suffitus per infundibulum, vel fumus a liquore
vel decocto idoneo praeparatus. & reiteretur ad placitum.
Autem vero purgare (si opus sit) fas erit medicamento
liquido & mundificativo per syringam injecto, Auris dein
mundata & abstersa guttas aliquot ex oleis discutien-
tibusque calidiusculisque infusas accipiat si placuerit Dno
Doctori. Quae particularius in hac causa scribere tuum
mereretur dum constet cui scribo. Hoc unum praeterea, omni-
mos est cucullitulum quandam fingere ex summitate cor-
nu cervini cuius amplitudo inferior circumdet totam aurem.
superior exiguum tamen habet foraminulum, circa apicem
vesicae alicuius partem alligo. Sed ista rara est. ea tamen

amplitudine ut foraminulum prædictum attingat & quando opus fuerit tegat. Hoc cornu ad modum cucurbitulæ aliti adapto. Dein chirurgus vel servus aliquis per foraminulum exugit aerem inclusum & ope linguæ vesicam imponit foraminulo quo semel clauso hoc cornu hæret & exsugit ad modum cucurbitulæ, & materia lata ad aures attracta liberat sæpe hominem. Huc usque ambulaverat calamus ante receptas elegantissimas Dni Doctoris literas. Jam abunde mihi satisfactum est utinam sic fiat clienti. Vereor veteris mali reliquias, vereor ne hæc surditas venereis affecta. Pergendum tamen modo præscripto & durante usu pilulorum usu ad aurem utendum serio gargarismate ut materia à nervorum principio derivetur & ut liquata evocetur. Sutura capitis (si placuerit Dno) inungatur oleis chymicis succin: rorismar: succini, salviæ vel eiusmodi ut calefiat ad illas cerebri, & ut liquefiat materia coagulata. Causa enim & antecedens & conjuncta moenere te sperarem accuratissimum. Embrocationem etiam per stillicidium aquarum thermalium huic morbo proficuam puto. Ratio docet. experimenta confirmarunt usum. Ultimo sit fas adjicere usum emissarij in parte postica colli. cum ferro ignito facti & per sericum artificiose reservari. Derivavit, evacuabit & saluti proficiet. Jam nil mihi vota supersunt Deus opt. max. conatibus nostris benedicat. Valetem nobis nostrisque clientibusque largiatur. Saluto mea nempe Te & Tuam semperque imperare te posse scias

Ipson. 2. July 1629. Observantissimo & amicissimo
D. Lapthorne.

CI. Status Thomæ Dunning delineatus
10. Februarij 1629.

Juvenis hic annorum plus minus 25. ante tres men=
ses equitatione nocturna contraxit totius corporis re=
frigerationem. quam excepit tussis leviter proritans.
Quare paulo ante festum Nativitatis ultimo ● clar=
sum me consuluit. Cum autem urinam mihi obtulisset
inspiciendam valde saturatam statim conjeci coctionem
debiliorem an diu dedisse collectioni succis stagnando
putrescentis circa partes naturales unde evaporatio=
nes sursum elatæ & frigiditate cerebri receptæ
destillationem acriorem causabant ad pulmones qui
irritati tussi conabantur materiæ noxiæ & præter=
naturalis expulsionem. Quare repurgato corpore in=
junxi illi usum Electuarij nostri imoniam non negle=
ctis bechicis unde se bellè visus fuit habere. Do=
nec se denuo frigori parum prudenter exposuisset
tunc enim de tussi iterum cœpit conqueri. Et sic ne=
glectis medijs necessarijs totum opus commisit na=
turæ. Verum quid fit? Vespere cum redijsset do=
mum postquam se tota die exposuisset frigori sta=
tim una cum vomitu quo phlegmatica proijci=
ebat tussi excrevit non exiguam quantitatem
sanguinis floridi & spumantis quod statim dixi
a loco affecto sumpta indicatione non carere
periculo. Ac proinde quietem indixi & præscripsi
illi frequentem sumptionem huius sirupi ac co=
chlear j. quod R. Aquæ nostræ pectoralis ℥iij

Aquæ plantag: ℥ij Syrupi Symphiti majoris, Cydoniorum ana ℥ß. Terræ sigillatæ, Sanguinis draconis, Boli orientalis ana ʒij M.

Sed hisce modijs non impedientibus sanguinis sputationem iteravi apertionem basylicæ dextræ ad ℥viij. Unde sanguis ad tempus quidem cohibitus fuit sed nihilominus bis aut tertia vena reiteratur, continuatione tamen magis sputa duxit & usu sequentis electuarij venit ad suppurationem, purulenta enim sed cruda & tenacia ex rubro flavescentia tussi proferebat.

℞ Conservæ rosar. ℥iij Cydoniorum ℥ß Mirtinorum ℥ij Sanguinis draconis ʒij Cum s. q. syrupi symphyti majoris M. f. Electuarium cujus capiat vesperi hora somni quantitatem Castaneæ.

Jam superest ut asperitati & constrictioni speciam videamus. Quare modijs supra præscriptis addidi decoctionem pectoralem ex adiantho, marrubio, pulmonaria quercina, ficuum, radice dulci, dulcoratam aceto chrystallino rubro.

Propterea præscripsi illi sub crustas tabellas ore continendas & sensim degluttiendas.

℞ Florum benzoini ʒß. Sulphuris ʒß. Sacchari optimi ℥ß. M. f. tabellæ.

Ut autem opem ferrem ægro conquerenti de destillatione præscripsi ægro pilulas ex tragacantho frigido, succino, corallo albo & rubro, quidam excepti pauxillo dissoluti gummi arabici.

CII Status Dnæ Poole delineatus 2° Februarij Anno 1632

Vidua hæc annorum sexaginta quatuor, alias constitutionis corporis vivacioris jam ab anno plus minus conquesta fuit de appetitu diminuto, gravitate insolita corporis, lassitudinibus spontaneis, tussi contumaci, ventriculi frigiditate, & prava concoctione. Nullis interim tota hac hyeme usa fuit medijs ut tempestive venienti occurreret morbo sed totum opus commisit naturæ, sperans se omni successu temporis exercitio quotidiano in occupationibus quibus intricabatur superaturam. Sed malum indies altiores agebat radices, & symptomata eam gravius infestabant ita ut tandem domum egredi amplius non posset. Ac tunc mihi misit lotium ut ex eius inspectione, morbum dignoscerem convenientiq; therapeia illi opitularer. Lotium autem mihi oblatum erat crassum, admodum saturatum, &c. Sciscitanti mihi præterea de symptomatibus ad interrogata responsum fuit eam conqueri de anorexia, respirandi difficultate, lassitudine spontanea &c. Unde conjeci morbi causam esse congestionem materiæ biliosæ partes naturales gravatas gravantem. Quare misi illi per eundem nuncium medicamentum Emeticum quo epoto aliquoties vomuit biliosa & phlegmatica, & ter similia exoneravit secessu. Præterea dedi illi aliquot doses pilularum nostrarum hepaticarum sumendas singulis auroris sane quatuor & postea continuandas quater alternis tantum diebus ut habita ratione virium, omnes partes gravatas a sarcina illa præternaturali liberarem. Non neglexi interim

ijs corroborantibus. Sumendis in decenti quantitate singulis noctibus horâ somni. Verum cum ex usu horum medicamentorum parum aut nihil levaminis perciperet me accersiri jussit. Et tunc αὐτοψίᾳ & viscerum palpitatione reperi eam veritati; Renitens enim durities hypochondrij dextri, hepatis scirrhosam diathesin à confirmatis obstructionibus satis convincebat; Habebat præterea scirrhum insignis magnitudinis hypogastrium ab umbilico ad os pubis cooperiens, a materia tartarea & melancholica jam non exiguo temporis tractu eo congesta. Habitus faciei cacheriam squalore & palliditate flavescente sub oculis prodit. Lotij exigua quantitas renum defectum in respuendo ejusdem attractionem propter acquisitam malignitatem stagnando circa præcordia probat. Appetitum jam prorsus habet prostratum quia venæ meseraicæ ita turgent humoribus præternaturalibus ut impediatur earum suctio; Crebro eructat propter exhalationes ortas ab ijsdem humoribusque; Impense sitit quatenus acriores fumi nervosam orificij superioris ventriculi substantiam ad appetitum frigidi humidi stimulant. Inter edulia carnem potissimum detestatur, quod obstructi hepatis argumentum est. Tument illi pedes idque potissimum circa vesperam tam propter depravatam hepatis coctionem, quam propter impeditam emulgentium venarum suctionem seri jam corrupti. Nunc fere singultit propter flatus vapores ab hepate elevatos & per venas & arterias cordi communicatos.

Ex supra enarratis itaque satis liquet quantos progressus fecerit morbus ac proinde statuo rem esse adeo plenam periculi tam ratione morbi, quam pertinaciæ ejusdem viriumque effœtarum & ætatis ægræ, ut vereat ne atropha

contabescat. Si periculum imminentis hydropis evadat aegra.
Ex hisce tamen indicationibus therapeiam instituendam
censeo ut aegrae miserrime afflictae succurramus.
1. Liberandum venit hepar, mesenterium partesque adja-
centes a succo illo praeternaturali & tartareo partium
vitiis, tam ratione virium, quam molestae situs.
2. Tonus hepatis convenientibus & appropriatis specificis
corrigendus.
3. Ventriculi intemperies frigida emendanda.
4. Ac demum partes nutritioni dicatae corroborandae.
Quibus peractis caetera symptomata quae soboles sunt
partium concoctioni male affectarum subito evanescent.
Pro prima intentione cum ita intentio efficiat, viresque admo-
dum sint debilitatae, contenti erimus clystericus tam ad
fomentationem hypogastrii [illegible] quam ad derivatio-
nem saburrae stagnantis in mesenterio, hepate, ventricu-
lo & intestinis tenuioribus. Illos autem iniecimus pa-
ratos ex decoctione carminante & emolliente aucto
oleo olivarum & aliquando admixto electuario
de succo rosarum, repetendos alternis diebus, & singu-
lis diebus si necessitas requirat eorum frequentiorem in-
jectionem.
Pro secunda praescripsi illi [illegible] nitrum martia-
num nec non pilulas ex eiusdem speciebus compositas
sumendas mane & quarta pomeridiana cum continuati-
one moderati exercitii ad horam plus minus.
Tertiae indicationi satisfacere conati sumus julapiis
confectis ex aquis melissae, menthae crispae, cinnamo-
mi, syrupo de betonica &c. Nec non [illegible] [illegible]

Ac denique pro corroboratione praescripsi aegrae tabellas & Electuaria, quae recipiebant species aromatici rosati, Diarrhod: Abbat: Diamoschi dulcis, Conservas florum chichorei, anthos, betonicae, rosarum & calendulae.
Hisce mediis scirrhus abdominis in hypogastrio situs qui magnitudine linguam bubulam aequabat, pacis trium septimanarum ita diminutus fuit ut quantitatem ovi columbini vix excederet. Et lotium aliquantulum laudabilius erat, non enim ita saturatum erat ut ante, & notas habebat incipientis concoctionis; caetera autem symptomata palam declinabant, puta anorexia, anxietas, difficultas respirandi, tumor crurum, gravedo universalis totius corporis & defectus debitae quantitatis urinae.
Nihil autem innovare constitui ex consilio Hippocratis aphorism: 52 sect: 2. ubi suadet. Omnia secundum rationem facienti, si non succedant secundum rationem, non esse transeundum ad aliud manente eo quod ab initio visum fuit.
Faxit Deus ter optimus maximus ut aegra haec hisce instructa mediis liberetur a morbo aerumnarum plenissimo.

CIII. Status Dominae Chettam delineatus 8. Martii 1632.

Domina haec annorum plus minus quadraginta octo constitutionis corporis obesioris conqueri coepit jam a quindecim diebus de frequenti inaequalitate totius corporis, anxietate, ventriculi compressione, extremitatum subito & momentaneo refrigerio, & mensium nimia copia fluxio, Quae omnia soboles sunt jam obstructi hepatis & uteri male affecti: Frequenter enim desiit

propter imbecillitatem simæ partis hepatis non valentis
convertere chylum ad absolutam hæmatosin, unde remandatur
ad mesaraeum, & inde ablegatur ad intestina quæ pro=
irritata facultate expultrice acquisititia humorum acri=
moniam eos secessu excludunt. Cum autem subitum il=
lud extremitatum refrigerium potissimum eam invadat
dum patitur menses, saepiusque antequam protrudantur
probabile est hoc fieri a vaporibus malignis non ab=
solute elaborati sanguinis, quibus irritata natura in=
surgit ad superandam noxam retrahendo calorem nati=
vum circa præcordia & uterum tanquam ad centrum
ita ut mirum non sit si extrema tam eius defecta
algeant; ut videre est in paroxysmis hystericarum.
Apertis vero venis uteri sanguis solito velocius &
diutius profluit propter ejusdem tenuitatem, & acri=
moniam. Ita ut metuendum sit ne incidat in hydro=
pem nisi convenienti therapeia prævium malum aucu=
patur. Refrigerato enim hepate diuturna & copio=
sa hæmorrhagia periculum est ne primo producat
sanguinem crudum & serosum, ac deinde aquam
quæ stagnando dum putrescit respuitur ab emungentibus
ac sui tumore præternaturali auget abdomen & crura.
Conqueritur præterea de capitis dolore circa ossa pe=
trosa paullo supra nucham non admodum acuto sed
obtuso, quod argumentum censeo vaporis melancholici
crassi scilicet & frigidi sursum elati a liene, cere=
brum enim detinetur flatibus hypochondriacis, a succo
melancholico vitio lienis nimis aucto; & aliquando
per ramum splenicum regurgitatione ventriculo communicato.

unde plurimum appetit cibum cum male se habet, propter aluminosam aciditatem istius humoris appetitum provocantem. Ut autem ægræ opem feramus therapeia nobis instituenda venit ex his indicationibus.

1. Repurgandum est corpus.
2. Deinde hepar & lien deobstruenda.
3. Partes concoctioni dicatæ corroborandæ.
4. Ac denique Utero succurrendum.

CIV. Pro Clarissimo viro Dno Bridgman.
9. Die Aprilis 1633.

Vocabar ad virum hunc celeberrimum circa quintam huius mensis diem ut ratione prophylaxeos pro more ei administrarem medicamenta. Cum autem ex præcedentibus observationibus mitius imposterum agendum censerem exhibui illi præparatorium pharmacum ex præscriptionis nostræ in formula extanti unde dejecit sexies. Epota autem potione validiori sequenti die octies dejecit cum levamine & euphoria. Ubi itaque meo judicio imposterum sistendum nec aliquid rebus sic stantibus immutandum.

CV Status Domini Johannis Paule de [illegible]atus 22 Martij 1632.

Iuvenis hic annorum plus minus viginti quinque complexionis melancholicæ, ut patet ex capillamento nigro constitutione corporis graciliori, & colore faciei squallido, jam ab aliquot annis conquestus fuit de doloribus vagis a concitatione vaporum ortum ducentium à liene

& compressione circa regionem ventriculi, potissimum recurrente a sumpto cibo, unâ cum vomitionibus ingestorum propter defectum concoctionis primæ, Turgentibus enim venis meseraicis chylo propter impeditam attractionem succi ejusdem crassioris, obstructo scilicet vase lienis depurationi dicato, hepar segnius attrahit non defæcatum chylum, ita ut mirum non sit si rebus ita constitutis ingesta potius corrumpantur quam in nutrimentum corporis abeant, ac proinde acrimoniâ suâ facultatem stimulent expultricem ad depositionem materiæ ventriculum gravantis, idque motu sursum vomitu scilicet, qui stomachi onerati proprius est. Hic itaque instituenda venit therapeia ex his indicationibus. Primo tollenda erunt impedimenta levi dejectorio. Deinde vas lienis obstructum reserandum. Quibus peractis cætera symptomata ex his causis sobolescentia non modo evanescent, sed & majora pericula præscindentur.

CVI. Literæ Dni Johannis Paule exaratæ 6. Aprilis 1633.

Ornatissime Dne, fretus jam experientia benignitatis tuæ, & admissus gratuito colloquio, eandem audeo attentare epistolio. Pensare sane illam deberem rebus, factis, sed impotentem me fecit tua bonitas. Restat ut verbis, hisce vero exinanivit mea sterilitas, adeo ut si non vota superesint (quæ si efficacia multum valuerint) periret gratia, recte destinatum beneficium in male meritum descenderet subjectum. At fructu

expertis laborum, & salutiferam messem postulas satâ medicina. Et ô si tibi rependam hoc modo, hac via vel mihimetipsi ~~satisfacerem~~ utmagni benefacerem. Sed ut ut tibi constrictus, nec non devinctus sum, idqz ut in futurum semper animo, sic in præsens maxime corpore. Accepi quidem imo & recepi potionem, pilulas quasca sed inobediens morbus non cedit operationi liberaqz interius sensi nullam ad ejectionem vel sortem vel frequentem. Reseratur nondum vas lienis, nondum venæ meseraicæ in jejuno intestino ad chylum recipiendum inanes. Intumescunt magis & onerantur gravius ventriculus adhuc haud deoppilantibus pilulis, quas methodice accipiens & die Veneris duplicans intimius recondi stomacho, qui nunc præter officium solitum coquendi cibos incumbit alteri edomandi medicamenta. Optime quidem tu delineasti statum: sed facies mentita constitutionem gracilem te pingere fecit quam per operationem medicaminis lentam per meam confessionem jam precor ut agnoscas substantialiorem. Licet enim forma vultus sit tenuis, sit quadragesimalis, corpus tamen indutum carne & stipatum ossibq, atqui medicinam imparem utrumq, requirit potionem æqualem doloribq. Præter tremorem conquestum inter carnem & cutem vagantem (quem quidam vivum nominant sanguinem) sentio motum vivaciorem, cuius oblitus dudum præsens tamen palpitatio monet scribere. & hic est in opinor cordis, quod tripudiat & magnos saltus agit eosqz si attendam frequenter. Nomen & causam scire,

si vacat impetratem, & si placet tentare remedia:
Per hunc nuncium si libet rescribere poteris tutissime,
praeceptis parebo. corpus praebebo. utque sit faelix exitus
cooperetur tecum Deus ad sanitatem meam. optabo, quam
tibi vicem gerenti summi medici nunc restituendam com-
mitto Utrique salute tam plurimorum temporali, quem ti-
bi Deus largiatur aeternam.

Tuae Dignitatis obsequentiss: patiens
Johannes Paule.

Datis ad nunc primo literis tanto (aliquali tamen) non
alius concinuus rigore. Caetera crede in eodem statu
Globulos istos medicatos in maximam partem a 29
martij neglexi. Leges tamen & tempus incipiendi vel
novos vel resumendi antiquos, si visum est injun-
gere, feliciorem expectavo exitum. Vale.

CVII. Literae responsoriae ad praecedentes datae 15. Aprilis 1633.

Mirabere proculdubio juvenis ornatissime, diuturnum
meum silentium, praesertim cum eruditae a te mihi da-
tae literae meliora mereantur. Sed pro singulari qua
polles humanitate te rogatum velim, ut illud potius im-
putes operosae, quam facio, medicinae, quam ulli incu-
riae. Vix enim ac ne vix quidem mihi otium datur
scalpendi, ut in adagio est, auribus, propter im-
portunas aegrorum sollicitationes, quorum saluti pro-
movendae ita incumbere coactus fui, ut domestica
interim neglexerim, aliterque facere non potui, nisi &
famae propriae & aliorum vitae prodigus censeri maluissem.

Non dubito itaque quin me habeas excusatum, praesertim cum jam à laboribus primis indueys quiog equitando vel redarius vigilando, excubias agentes, insudando bajulos aquavam, statim tibi satisfacere susceperim. Conquereris in primo limine de medicamentorum socordia & materiae morbificae pertinacia defectu, ut ajis, ejectionum vel fortium vel frequentium. Verum, si mihi crederes facillimo negotio perspicies esse imprudentis medici valida cathartica & affatim humores eliminantia pharmaca exhibere illis quorum praecordia scatent viscidis & tartareis sordibus: quippe cum subducendo serositates hoc modo succus melancholicus tenacius meatibus obturatis impingeretur, plusque negotii facesseret in curae successu ipsi medico non sine summa clientis injuria. Hinc tot medicorum principis cautoriae. Oportet corpora prius fluida facere priusquam detrahantur. Concocta medicari oportet non cruda. Imo idem nos docet pharmaci emolumentum non ex dejectionum frequentia, sed euphoria & levamine consciendum, non quidem subitaneo, sed tali qui morbo ejusque causis consonus sit. Paucis his tibi normam offero, qua mediante, ni fallor statues succos melancholicos propter lentorem potius diuturnâ praeparatione laevigatos sensim subducendos, quam unquam crudes praecipitanter movendos praesertim in medicationis principio, ac proinde mihi assentiri non dedignaberis cum ex artis praeceptis & ratione imperante lento gradu te optatae restituere incolumitati coner. Hallucinari facile potui cum te graciliorem existimarem nam solummodo ex αὐτοψία non musculorum palpitatione hoc pronunciavi. Tibi contrarium asserenti fidem habeo, & nisi humoris peccantis conditio vetaret ejusdem praecipitatam dejectionem jam tuoi satis=

facerem ex votis, sed hoc ad aliquot dies differendum 305.
Interim velim ut continues pilularum usum ex praescri-
pto, quae lento pede quidem sed tuto optatum finem
nos assequuturos pollicentur. Formulam nihilominus
apozematis reliqui pharmacopaeo meo, quo velim absolu-
tis pilulis cursum medicum concludas. Erit itaque solum-
modo opus ut misso tabellione ad pharmacopaeum illud
efflagites cum paucas tantum tibi superesse pilulas vi-
deris. Et tunc tribus auroris continuis capias haustum uni
phialae inclusum. Erunt vero phialae signatae iis cha-
racteribus arithmeticis 1. 2. 3. ut ita justa serie in-
clusas potiunculas bibas. Primam scilicet prima, Se-
cundam secunda, tertiam tertia die. Et sic dabo natu-
rae veniam sese recolligendi. Superest ut unico verbo
causam exprimem palpitationis cordis quae ita moleste
te excruciat per vices: Expetis enim erudiri super hac
quaestione. Ego hoc cordis symptoma oriri contendo
ab ebullitione seri melancholici circulatione sanguinis
per venarum anastomoses ipsis cordis capsulis commu-
nicati, ubi effervescens cordi insidias parat; ac proin-
de natura instigat ad noxii succi exclusionem, quod co-
namen motu illo inordinato aggreditur. Hic vero non
cessat donec tam nobile membrum liberatum sit ab
hoc onere, Nec recurrit nisi post novam quidem sed
inimicam ejusdem collectionem. Hisce vale & Reveren-
dum Dm Decanum meo nomine quam officiosissime sa-
lutabo. nec non ejus conjugem. Vale iterum. Daban-
tur raptim 15o Aprilis 1633.

Tui amantissimus
Samuel Baar.

CVIII Literæ datæ Clariss: viro Dno Doctori Lapworth super Dubio de usu thermaru pro filiola mea natu majori Hesteræ strumis laborante 24 Aprilis 1633.

Quantis jam intricetis negotijs, Vir Excellentissime & fautor omni observantiarum genere reverenter colende, in tanto peregrinorum ad vos confluxu, me non fugit; Et nihilominus singularis tua qua me ita humaniter prosequutus es benevolentia, facit, ut te interpellare ausim presertim cum rei domesticæ necessitas urgeat ut te in investigandis morborum caussis non minus sagacem, quam in ijsdem profligandis fælicem, consulem super hoc dubio. Utrum usus thermarum polliceatur emolumentum illis qui scrophulis affecti sunt. Est mihi enim filiola tertium jam agens mensem supra triennium, quæ ante sextum ætatis mensem correpta fuit febre valida continua, quam excepit tanta hepatis intemperies calida & sicca, ut ab illo tempore continuo attraxerit serositates crudiores à ventriculo, easque resolutas in exhalationes capiti communicaverit, unde natura post varias fluxiones oculos, labiaque infestantes, non sine palpebrarum inversionibus & rhagadibus tandem deposuit onus cerebrum in principio quidem tantum per consensum gravans, sed jam ultra biennium per protopathiam affligens, ad emunctoria sub maxillis. Quare ad Regiam Majestatem tanquam ad sacram anchoram confugimus, ejusque palpitatione propitio numine obtinuimus restitutionem palpebrarum, & rhagadum nullis alijs medijs obtemperantium: Remanentibus nihilominus adhuc tumoribus scirrhosis sub utraque genâ, & corpore

supra modum attenuato, quamvis bene appetat ingesta digerat, & laudabili somno noctem transigat. Quod si nunc vel thermas vel embrocationes profuturas statuas unico obnixè te rogatum velim ut rescribas verbulo. Nihil enim intentatum relinquam quod, si Deo sic visum fuerit quovis-modo profuturum misellæ ratio suaserit. Nosti V. E. thermarum efficaciam, nosti quibus conducant, quibus non, tu me hic eruditiorem facito. Et si ullis studys hanc tuam erga me benevolentiam recompensare unquam recusavero, ingratitudinis labem mihi merito. Omiseram fere, quod filiolæ meæ nondũ sint junctæ commissuræ ad suturam coronalem quæ omnibus quidem recens natis solent esse patulæ, sed paucis admodum ultra triennium dehiscunt. Forte contraindicantis locum habebit hæc observatio, præcipue quo ad irrigationem. Tenes te V. E. sunt omnia, ex tuoq; pendent nutu, prout suaseris faciemus. Vale & me amare perge. Patavii raptim 24 Apri: 1633.

V. Excel: ob[s]ervantiss:

Samuel Bave.

CIX Status Dnæ Elbridge delineatus 29 Juny A 1633

Domina hæc annorum plus minus 38 complexioni naturalis sanguineæ constitutionis corporis tenellioris, postquam frequenter abortiisset mea opera facultas uteri retentrix ita fuit confirmata ut ab eo tempore ter feliciter fœtum ediderit debita gestationis periodo. Verum ante annum ~~[illegible]~~ nonum mẽ

gestationis anticipavit infelix partus, tunc enim statim ab aborta in puerperio incidit in apoplexiam levem quam excepit paralysis spuria lateris dextri non sine periculo gravi. Medicis tamen rite administratis operâ & consilio D. I. Iastim & mea mediocriter convaluit. Remanens nihilominus imbecillitas tremula brachij & totius lateris dextri sensibilitatem exiguam aut nullam pollicebatur, arguebat enim hoc musculos tendines & reliqua organa motui destinata non esse justo modo constituta pro receptione spiritus animalis. Multa tentaveramus ut defectum emendaremus, sed exiguo cum emolumento. Cum verò ex retentis mensibus putaret se concepisse circa festum Nativitatis Christi ultimo elapsi, successu temporis gravitas membrorum & moestia præcipue lateris affecti incrementum indies capiebat, una cum quotidiano ventris gravidatum more, augmento. Abstinuit tamen ab omnimodo pharmacorum usu ne foetui obesset dum sibi consuleret usq; ad finem quarti à conceptione mensis; ac tunc me accersiri jussit, ut inito mecum consilio sibi prospiceret. Advolavi itaq; 27. die maji ultime præteriti, & tunc examinatis omnibus enarratis symptomatibq; cum nullum motus abiecit ad vigesimam secundam à conceptione septimanam: unquam percepisset foetus quem alias semper vel decima quarta vel ad summum

decima octava antehac animadvertebat, in decē partibus quos enixa est: cœpi suspicari cum ea hunc tumorem abdominis esse præternaturalem, & uterum præcipuè affectum esse in hypogastrio qua regione tumor potissimum intumescebat, præsertim cum mediocriter appeteret, non inspensè sitiret, Lotium crudiasculum quidem sed tamen notis concoctionis non omnimodo destitutum redderet, sine circum tumoris oedematosis, cum mensibus suppressis à dicto termino. Vapores interim frequenter caput petebant, de quibus admodum solicita erat, metu apoplexiæ nec immerito, prioris noxæ, quæ altâ hærebat mente reposta. Ex hisce omnibus colligebam uterum gravari onere præternaturali. ac proinde ne tetri vapores sacram petentes palladis arcem in cerebro coacervati iterum coagularentur, ei partim derivando, partim alterando opitulari conatus sum, non sine diligenti cautela ne, si gravida esset fœtui obessem. Exhibui illi itaque prima die derivationis ergo potiunculam hanc quæ ℞ · Infusionis mecho[a]cannæ purgantis ℥iiß. Syr: ros: pallid: cum agarico compos: Mannæ calabræ ana ℥j. Spiritus cal: gij m. unde sexies deiecit cum levamine & euphoria. Die sequenti præscripsi illi hoc electuarium alterationis ergo sumendum quantitate avellanæ horâ somni quod ℞ · Conservæ flor anthos ℥iij. verbasc: odorati betonicæ ana ℥j. Calami aromatici contusi & cribrati ʒij mithridatij ʒiß. Aromat: rosati ʒij Cum s. q. syr:

de betonica M. f. electuarium
Item potum diureticum qui ℞. Sarsæ parillæ tusæ
& incisæ lib. ij. Santali citrini in scobem dissecti ℥iij
Calami aromatici lib. ß. Foliorum betonicæ M. ij
Florum anthos, betonicæ, verbasci: odorati ana M. ß. [illegible]
Incidantur & cont: contund: & cum ... congijs aquæ
mediocris fiat potus diureticus. Cuius capiebat haustum
in aurora & hora pomeridiana.
Utramque indicationem respicientes pilulas has præscripsi
quarum sumebat aliquando unam, aliquando duas in
aurora pro ratione operationes ad aliquot dies. Recipe
Trochiscorum autem ... Sarconis. Trigonicæ ana ℈j
Castorei ℈iiij Calami aromat: pulv: ℥ß. Chalybis
præparati ʒiß. Floris sulph ℥ß. Agarici troch. ℈iiij
Syrupus salviæ q. s. cum s. q. ... de beton M. f. pil.
Hoc cursu præscripto post 12 dies Bathonijm profi-
ciscerentur ... ut ibi aliorum ope instructus ul-
terius providerem necessaria in rem præsentem, una
cum balneo in thermis. Sed quid fit? duobus aut
tribus diebus antequam ... erat iter, motum
percepit fœtus in utero ad finem scilicet vel in-
itio tertiæ septimanæ a conceptione quod mihi inno-
tuit per literas ... Auctor itaque illi fui ut se-
mel tantum in septimana caperet pilulam unam aut
alteram si alvus illi constipata esset & interim con-
tinuaret usum potus diuretici & electuarij. Sed ...
faciei de quo solummodo antea per vices conque-
rebatur jam continuus & auctior erat, una cum
capitis dolore pulsatili, urinæ copia, ardore &
frequentia, inquietudine nocturna, & vigilijs ...

vocatus advolavi denuo 26 Junij. & ut obviam i-
rem hisce symptomatibus ortum ducentibus ab æstu
præternaturali hepatis, cujus vapores effervescentia con-
citati jursum tendebant. statim exhibui illi circiter
ʒj electuarij subscripti in eadem dosi innovandum
mane & vespere ℞ Conserv: violar: tab: paul: ℥j
Florum cichor: ʒij Crist: tart: ʒj. Semin: 4 fri-
gidorum majorum decorticator ā ʒij. M. f. elect.
cum s. q. syr. limon: Et tempora illius hora
somni hoc linimento.
℞ Unguenti rosati, populei sine opio ā ʒij. olei
myrtini ʒj. M. f. linimentum.
Emplastraque supposui auribus vesicatoria. sed noc-
tem duxit hanc ut & sequentem inquietam paulu-
lumque dormivit. Quare apertâ basilicâ sinistra
emisi sanguinis circiter ℥iiij serosi admodum & crassi,
sero omnimodo destituti, tam ut æstum corrigerem e-
ventilando, quam ut circulationi ejusdem locum darem,
cum venæ eo turgerent, & facies nimium rubore suf-
fusa esset. Majorem quantitatem lubenter eduxissem
sed alteratio pulsus, & sudor apparens in labio su-
periori id dissuadebant. Horâ somni ut illi conci-
liarem somnum exhibui illi hoc Julapium
℞ Aquæ lactucæ ℥iß. Betonicæ ℥j. Diacodij ℥ß.
Syr: limonum, cariophil: ā ʒiij. Conf: alkerm: sine
moscho ℈j. M. Sed parum admodum dormivit licet
quietiuscule transegerit noctem. Et cum conquereret-
ur de urinæ acrimonia & ardore dedi illi ordendam
emulsionem sequentem, sumendam ad ℥iiij sing: duab: hori

℞ Foliorum lactucæ, agrimoniæ ana M. ß. Seminum lactucæ 4 frigidorum majorum contus: ana ʒij Radic: chichorei ℥iiß. Hordei decort: Coq. in s. q. aquæ fontanæ pro lib. ij & in fine decoctionis injice liquiritiæ rasæ & incisæ ʒij Cola & hac colatura fiat emulsio semin: 4 frigid. majorum decortic ana ʒij. Adde syrupi violacei ℥iß. Limonum ℥j De trifolio acetoso ℥iß. M.

Horaque somni exhibui illi julapium hoc leviter hypnoticum.

℞. Aquæ lactucæ ℥iiß. Betonicæ ℥j Diacod. ʒvj Syrupi violacei ℥ß. Diascordij. Conservæ hyacinthi ana ʒj. M. Conservam cum diascordio & aquis & trajice per colum cum valida expressione postea adde syrupum & diacodium, ac denique adde spiritus calcanthi g. iij M. Capiat horâ somni.

Hac nocte refocillata fuit mediocri somno sed lotium apparebat cruentum, unde [illegible] suspicatus hæc esse signa antesignana abortus; ac proinde exhibui illi ∋ß. magisterij perlatum ex infusio sequenti aurora. Si enim levis hæc hæmorrhagia prodit ex venis colli uteri fieri potest ut contineatur sine jactura fœtus, sin vero ex ipso utero abortus procutdubio subsequetur; Circa quartam pomeridianam conquerebatur de insigni pedum & manuum frigore, natura scilicet retrahente calorem ad interiora ut elaboraret succum noxium; Horâ somni itaque exhibui illi julapium hoc quod ℞ Aquæ lactucæ portulacæ ana ℥j Diacodij ʒiij Syrupi violac: ℥ß Diascord: ʒj. M. Diasc: cum aquis & cola ad: syr:

Et illa nocte placidiuscule dormivit, sed circa quar:
tam pomeridianam conquerebatur denuo de intensio:
re frigore manuum & pedum, ita ut cogeretur ap:
positione linteorum calidorum revocare ad extrema
membra, cum continuatione toty cruenti, partim a
vaporibus hysterici hoc symptoma oriri censebam,
partim a corruptione foetus, Hanc autem opinionem
confirmabat dolor ventriculi & dorsi de quibus
conquerebatur hora vespertina cum frigore aliquo
externo abdominis. Apposui itaque ventriculo em:
plastrum papyracum ex bibula illita hoc linimento.
℞ Olei macis ʒ ß. Amygd. dulc. ʒ iij Olei ab:
synthij chymici gutt. ij M. f. linimentum.
Et lumbis apposui emplastrum papyraceum inscr:
ptum hoc linimento.
℞ Ung: rosati ʒ iij Albi camphorati ʒ ß.
Santalini ʒ ij M. f. linimentum
Quibus dolor illatum partium sedabatur. Et ne
natura motum impeditem inculcando succos quod
Diacodium molitur; Exhibui illi hora somni ju:
lapium ultimo praescriptum sine diacodio, & sub:
stituta aqua arthemisiae pro lactucae & portu:
lacae. mediocriter transegit noctem, & in aurora
ad refocillationem spirituum exhibui illi denuo
ʒ ß Magisterij perlarum ex cochl: huius Julapij
℞ Aq: cardui dracuncij a ʒ iß Syr: cariop. ʒ ij.
Limonum ʒ iij Violacei ʒ ij conf: alk: sine
moscho ʒ j. Tinct. cyma: ʒ ij M. Et post horam
haustum cepit jusculis ex avena decorticata,

serum sequenti nocte somnus non excessit duas horas & tota die variis corripiebatur motibus convulsivis modo huius, modo alterius membri ab aura venenata principium nervorum crebro afficiente. Quare hora somni exhibui illi unam subscriptarum pilularum quam cum transegisset sine motibus illis convulsivis exhibui illi denuo duas in aurora ejusdem compositionis.

℞ Aloes lucidæ, agarici trochiscati ana ʒj. Castorei ʒß. Extr: Rudij ℈j. Spec: diacini gr. Cum s. q. syr: de stœchade M. f. pil. c. ij.

... [illegible] reddidit hac nocte solito laudabiliorem. Notas n: habebat concoctionis & media urina turbida conspiciebatur, sine ullis vestigiis, mensuram continuabatur sic tota die; nec ita immodice profluebat, sed proportionata erat potui ingesto, quod arguebat non parum, correctum esse æstum preternaturalem renum; Habebatque se mediocriter donec pransa fuisset, tunc enim denuo corripiebatur motibus convulsivis, præcipue vesperi crebrius recurrentibus; absolutum quidem fuerat opus pilularum quinque dejectionibus cum levamine & euphoria; sed paroxysmi in convulsivi eam admodum torquebant; donec ipse cubitum, ac cum vires constarent totum opus commisi naturæ, nihil enim illi exhibui: placide transegit hanc noctem & in aurora refocillata fuit: Lotium erat sanarum simillimum.

Verum metu recursus spasmorum praescripsi illi
hoc julapium sumendum quantitate unius cochlearis
quandocunque opus esset.
℞ Aq. betonicae ℥iiß. Majoranae. Angelicae ana ℥ß.
Syrupi de beton. ℥i. Limonum ʒij. Castor.
pulv. ℈iij. Misceatur. ʒß. M.
Injunxi illi praeterea ut caperet duas pilulas sin-
gulis quartis & unam hora somni huius compositionis
ut illis obviam irem motibus illis convulsivis
℞ Castorei pulverisati ℈iiij Calami atomatici ℈j.
Faecularum bryoniae ʒß Extracti centaurei minoris ℈ij
Spirit. succini g. ij. Cum s. q. syr. de betonica
M. f. pilulae minusculae & mollusculae.
Hisce medijs cum malum spacio duorum dierum sen-
sim dorm decimaret; eam praescripta convenienti di-
aeta reliqui; Nam lotium erat valde laudabile co-
lore, substantia, contentis, & quantitate Menses
omnimodo cohibiti erant. Spasmus raro invadebat
In summa pacatiora erant omnia. Quare impetrata
venia discessi 5. July 1633. postquam illi conti-
nuationem supradictorum pharmacorum pro rei ex-
igentia imperassem. Faxit Deus ne malum recru-
descat.

CX. Status puerili Dni. Brolbne nati,
1. die July sine perforatione praeputy 1633.

Enixa fuerat primogenitum Dna Browne 1. July
qui ubera sugebat nutricis quoties illis apponebatur
sed mirabantur mulierculae quid rei esset quod urina

mihi redderet toto à nativitate quatriduo. Quare vocabar ut examinati causâ suppetias ferrem pusillo 4 die mensis. Apertis itaque coopertimentis quibus involutus erat & denudato hypogastrio vesicæ regionem nullo modo turgentem reperi. Elatior enim non erat ipsa sectione ac proinde statuebam urinam in ipsis renum incativa vel defectu secretionis emulgentium vel obstructionibusque eorundem interceptam esse. Examinatisque genitalibus reperi præputium undique coaluisse sine ullis perforationis vestigiis. Et quoque lotium nunquam delatum fuisse arguebat absentia eiusdem sub præputio circa balanum; quod non potuisset sed residere si eo protrusum fuisset. Quare vocato Chirurgo incisione præputium aperuimus, sanguinis tantummodo effluxere guttulæ duæ aut tres urinæ vero ne guttula. Operatione peracta circa duodecimam meridianam ex petiis imposuimus vulnusculo ac sic reliquimus puerulum. Circa horam vespertinam redijt Chirurgus mecum et apertis fasciis sicca omnia erant linteamenta. Quare apposui statim chartam bibulam regioni lumborum inunctam sequenti linimento.

℞ Ung: rosati ℥j Santalini, Olei camphorati
Olei Scorpionum ana ʒß. M. f. linimentum.

Sequenti aurora copiosam reddidit urinam ac sic ab hoc incommodo cito, tuto & iucundè singulari Dei favore liberatus fuit.

CXI Status Dominæ Atkins delineatus 8 die Julii Anno 1633.

Nobilissima hæc Domina a suscepto tumore quo [illegible] vexabatur circa annum ætatis plus minus

quadragesimum pedestri itinere ascendit montem & in ejusdem cacumine coorta sudore repetijt quedam unde aeri exposita sensim refrigiit. Circa ves- 1
peram percepit corporis aliquam inaequalitatem cum levi intemperie modo calida modo frigida unde verebatur febrem periodicam, Sequenti die quae 2
mensis erat quinta malum sensim incrementum capiebat, & sexta die mensis aliquot habebat 3.
irrita vomendi conamina sine ullo manifesto vomitu, ac circa ejusdem diei vesperam apparebant in ejus facie maculae aliquot rubescentes quas accentas ferebat sudorifero naturae conamini praesertim cum alias in simili casu non raro tale quid experta fuisset: verum die morbi quarta 4
pejuscule habebat, circa vesperam tamen se non parum alleviatam sentebat. Quinta vocabat in 5to.
aurora, quare ocyus advolavi, & pulsum reperi pulsum non modo inaequalem febrem indigitantem sed & intermittentem materiae morbificae malignitatem arguentem; quo perterritus inspexi faciem rubore praeternaturali suffusam, cum pustularum aliquot vestigijs seminum synapi quantitatem vix aequantibus intra cutim inhaerescentibus; ac proinde adstantibus statim dixi eam corripi variolis. Inquirenti vero mihi quando alvum deposuisset responsum fuit eam septies illa nocte exonerasse faeces foetentes: in proctagoga una sede reperi

liquiditate, foetore & colore gryseo, rem non ca-
rere periculo siquidem metuendum, statuebam ne
hac diversione impediretur exspectanda crisis quae
plerumque fit facili protrusione istius materiae ad
cutem. Cum autem receptae contagioni ansam
praebuisset sanguinis fervor ex violenta ambu:
latione, statim diaetam illi praescripsi humecta-
tem & modice refrigerantem, atque in hunc finem
imperavi nutriretur brodio hordeaceo cui incoctus
fuerat pullus gallinaceus, cum aliquot flor.
calendulae, pauxillo sale condito. Et ut natu:
rae conamen promoverem ac diarrhaeam cohi-
berem exhibui illi statim ex julapio hoc
specifico ʒß. Cornu Cervi praeparati

℞ Aquae cardui, Ulmariae, Dracunculi ana ℥jß.
Syrupi cariophillorum ℥j Limonum ʒvj. Croci
pulverisati ℈j.

Capiebat autem julapij huius tantum coch. j
cum praescripto pulvere.
Post duas horas exhibui illi eandem C. Cervi
dosin ex haustulo posceti in [illegible] tinctum
croci, & dulcorati pauxillo syrupi limonum
Quibus medijs diarrhaea multo sedatius cum ur:
gebat, bis enim tantum dejecit spacio 8 [illegible]
hora somni cum segnius prodirent variolae exhi:
bui illi ʒß. Diascordij cum quinque granis pul:

veris bezoar orientalis ex quamque cochlearibus
supradicti julapij. Noctem transegit insomnem &
laboriosam; Pulsus inæqualis & intermittens erat.
Bis tantum dejecerat spacio 24 horarum sed pro
more liquida. Conquerebatur de æstu & siti, quare
cum humorum putredinem hæc arguant præscri-
bsi illi emulsionem sequentem.
℞ Adianti M. i. Radic. fœniculi ℥ß. cich: ℥j
Hordei decorticati M. j. Ficuum n.o bj. Coquan-
tur in s. q. aquæ fontanæ pro lib. ij & in fine
decoctionis mitte liquiritiæ rasæ & incisæ ℥ß.
℞ Huius decoctionis lib. iß. Seminum 4 frigido-
rum majorum decorticator. ana ʒiij f. Emulsio.
Cui adde syrupi de Lujula, Limonum ana ℥j
Sachari q. s. M.
Præterea ut os liberarem a fuliginibus hoc
illi gargarismate abluendum imperavi.
℞ Gargarismatis nri. ℥vj. Aquæ caprif: ℥iiij
Mellis rosati colati ℥ij. M.
Interim dum hæc præparentur exhibui illi sub-
scriptum bolum tam ut curam promoverem quam
ut naturæ motum per loca non convenientia cohi-
berem.
℞ Conservæ rosarum rubrarum, Carni cydoniorum
ana ʒj. Diascordij ʒß. M.
Et ut oculis succurrerem eos aliquoties irrigavi
Lacte muliebri tenui panniculo i. idque tepido.

diem transegit, totam usu pharmacorum praescriptorum meliuscule; Sed tenuitas materiae morbificae ad cutem sensim exhalabat, ac morbillos potius quam variolas formabat. forte propter diminutam materiam praecedenti diarrhaea. quae jam omnimodo cessabat. Imperavi itaque ut duabus interpositis horis aliquando caperet haustulum posseti, aliquando brodii, aliquando vero emulsionis, ac sic redderet se quieti. Verum cum non posset dormire, coactus fui illi exhibere ℥ii Diacodii ut illi conciliarem somnum rei necessitate hoc imperante quamvis contraindicantis locum haberent menses qui circa meridiem eruperant, quod habeat hoc medicamentum facultatem incrassandi humores, & sistendi fluxus.

7. Res voto respondit placido somno enim mitiusque refocillata fuit aegra & morbillorum aestus mitior erat, in aurora.

Indies jam morbilli evanescebant; Quare post quatriduum ne reliquiae morborum facerent recidivam, repurgavi aegram medicamento dejectorio ac sic desquammitate pristinae restituta fuit calamitati.

CXII. Status viri Nobilissimi Dni Joannis Gracy Equitis delineatus 3. Augusti 163.

Dominus hic annorum plus minus septuaginta duorum cum diuturnitate temporis materiam serosam & pituitosam collegisset in capite circa finem julii incidit & in stilliscidiam resolutionem linguae. Quare oppido vocatus & cum advolassem poterat demum sermone exprimere conceptus

mentis, unde constabat fuisse sollummodo factum ac:cubitum materiæ morbificæ varrosæ ad septimæ conjugationis nervos linguam adeinantes si enim iisdem impacta fuisset pituita non tam facile totaus fuisset affectus cum illa non ita facile moveatur. Derivationis ergo itaque primo injeci unum aut alterum enema; deinde particularis evacuationis causa has illi præscripsi pilulas specificas. ℞ Castor: pulveris ʒj facul. aromat. Crystal: tart: ā ℈j. Rhei. agarici ā ʒss excip. s. q. Ext: rad. rosati, adde Spiritus succin, anthos ā g. ij & f. pilulæ. Quarum capiebat n: iij diu in lecto ante novilunia & plenilunia hora somni. Cæteris vero diebus capiebat circiter ʒij eadem hora huius Electuarij. ℞ Conservæ florum anthos betonicæ salviæ ā ʒiss. calami aromat: pulv. ʒj aromat: rosat: Diamosch: dulcis ā ℈j spiritus anthos g. iij M. Cum s. q. syr. de pæonia f. Electuarium.

Verum cum valde vereremur ne affectus recrudesceret propter concomitantem anorexiam, corporis gracilitatem omnium immodicum tum diurnum quam nocturnum, quavium refrigerium bracchiorum quæ omnia arguebant pituitæ excrementitiæ cerebrum onerantis copiam; reliqui illi hoc Julapium sumendum quantitate unius cochlearis in ipsa aurora, seu ejusdem præludiis, quo factum est ut paroxysmi

quoties eum invadebant statim solverentur. Erat autem Julapium hac forma praescriptum. ℞ Aquae me antiparalyticae ℥vj. Syr. de Paeonia ℥iij Spiritus Succini g. iij M.

Crebris tamen obnoxius erat mutationibus. cum manus sinistrae torpore & levi resolutione. quare perterritus me denuo accersiri iussit praecipue cum [illegible] quartam quoque intercalatam passus esset 7. die Augusti duobus scilicet diebus ante plenilunium. Cum autem advertissem [illegible] exacerbata symptomata, quorum reversionem imminere pertimescebat. Ut autem affectui & paroxysmo occurrerem [illegible] prae-missis pilulis supra descriptis hora somni sequenti linimento.

℞ Unguenti nervini [illegible] ℥iij Olei terebinth. ℥ß [illegible] linimentum.

Praescripsi illi praeterea medicatum [illegible] & [illegible] post ordinario. non neglecta convenientes diaeta ex [illegible] & [illegible] praescriptione. Sed quam primum ad [illegible] liberatur a paroxysmo, immemor praeceptorum cubiculum curat, aeri frigidiori incautius se exponit, & medicamenta omnia negligit. Quare ut illi in [illegible] & continua quadam derivatione providerem [illegible] ut sibi cauterium [illegible] [illegible] ad musculi deltoidis radicem.

sed huic consilio amicae recusavit; quamvis ag:
nosceret fontanellam non parum auxilii tam ratio:
ne prophylaxeos quam curationi polliceri. Superest
itaque ut eum instructum medicamentis & vivendi
relinquam cum hoc prognostico. Rem non arcte
periculo in aere pituitoso & liberiori commessa:
tioni dedito praecipue tot apparentibus praelu:
dijs apoplexiae, quae si levis eum unquam corri:
piat difficulter sanabitur, si gravis extinguet tem:
pore currente [illegible]

CXIII Status viri Nobilissimi Domini Gulielmi Morgan ab Lantarnam deli:neatus 22 Augusti A. [illegible]

Postquam vir hic Nobilissimus annum iam agens
septimum supra quinquagesimum valetudinariam transegis:
set vitam iam ultra semestre, me accersivit vi:
gesima die huius mensis, cum malum indies incrementum
caperet. Conquerebatur vero potissimum de anhelitus dif:
ficultate & tumore manuum crurumque, nec non de
noctibus laboriosis, quas plerumque transigebat insomnes.
Examinatis itaque hisce & aliis symptomatibus re:
peri eum correptum illa hydropis specie quam anasar:
cam vocant sed provectam aliter ita complicatam ut
non parum periculi minetur. Non enim illi solummo:
do tument manus & crura a malleolo ad inguina
usque, sed & totum abdomen mire distenditur, praecipue

vero totum hypogastrium ab umbilico ad os pubis
valde distenditur cum renitenti duritie, imo & scro-
tum & genitalia membra non parum tumore isto præ-
ter naturali infestantur. Quæ omnia indicant calorem
hepatis ita labefactum esse ut natura non valeat conco-
quere sanguinem elaboratum & purum, sed ejus loco cruditatibus
& plurimis excrementis phlegmaticis depravatum
producit: Deponit autem perperam hoc onus ad partes igno-
biliores ut ab eo liberet viscera nobiliora: quod si potuis-
set excernere per debitam viam urinariam huic affectui
omnem ansam præcidisset; sed nullis adjuta convenien-
tibus & necessariis remedijs colluvie illa præternaturali
jam fere obruitur; cum non contemnenda pectoris angustia
propter diaphragmatis compressionem, quam etiam pa-
titur pituitam viscidam in bronchijs pulmonum & congestio-
ne & catharrho materiæ defluentis tam copiose collec-
tam, ut a motu vel levissimo lipothymiam vereatur, qua-
tenus serum copiosius cordis capsulam repleat, iisdemque e-
bulliens ejusmodi symptoma producat, non sine arbitrarea
eaque universali lassitudine ob caloris nativi ... immi-
nentem suffocationem. Noctes plerumque ducit insomnes
... raro ultra duas horas dormit decumbens, pleru-
mque propter difficultatem respirandi tali sine quietam:
erecta cervice tamen sedens facilius minoreque cum moles-
tia dormit: Interdum tamen & potissimum a prandio
... somno vix ac ne vix quidem cohibere potest.
partim propter vapores ipsa ciborum digestione emi-
ssos ... elatos, partim propter nocturnas vi-
gilias. Pulsus ... illi est ac tardus propter mate-
riæ immobilitatem. Lotium tenue sine ullo enæoremate

aut sedimento defectu debitae concoctionis qua alias cras-
siorum humorum faeces aeque ac tenuiorum urina exclu-
duntur post elaboratam separationem. Ex hisce itaque satis
liquet rem esse arduam & ancipitem tam ratione diutur-
nitatis morbi qui altissimas jam egit radices quam ejus-
dem magnitudinis. Nihilominus tamen de ejusdem cu-
ra desperandum non est, praesertim cum aegrum novu
curandus contigerit, qui ne latum unquem ab impera-
tis se declinaturum polliceretur.
Hae autem ut patet ex praecedenti relatione sese nobis
offerunt curandi indicationes.
Primo faeces intestinorum levi & benigno eccoprotico
remedio eliminandae. Deinde materia continens affec-
tus huius in hepate stabulando putrescens praeparanda.
Tertio convenienti hydrotico aquae subducendae.
Ac denique hepar, mesaraeum, partesque illis circum-
jacentes deoppilandae & corroborandae sunt specificis
hepaticis.
Primae intentioni satisfecimus medicamento hoc descripto
Rx Infusionis purgantis cholagogae & phlegmagogae
meae descriptionis ℥iij syrupi rosatum solutivum com-
positi cum agarico, mannae calabrae ana ℥j. Rhei elec-
ti pulverisati ʒß. Spiritus calianthi g. iij m.
Quo hausto dejecit octies liquida variegata et foe-
tentia cum singulari euphoria & levamine.
Sequenti die praeparationi studui pharmacis deobstru-
entibus incidentibus & abstergentibus continuato spa-
cio tridui; quo absoluto constitui illi exhibere spe-
cificum hydroticum ad educendas aquas ex extremis

tro rosato, gentianae, & diatorii [illegible] aliquoties
[illegible] excrevit aqueā & liquida.
[illegible]
[illegible] & [illegible]
[illegible] & [illegible]
[illegible] assumpto [illegible] unde cum [illegible]
[illegible] se haberet [illegible]

CXIV. Status Dominae D. [illegible] delineatus 9. Septemb. 1633.

Aegra hac annorum plus minus triginta quinque [illegible] quam nefritidos insultus excepi, [illegible] nobis ante semestre tempore, [illegible] utero caput [illegible] ita offendebant nervos ut inde incideret in [illegible] praecipue in mysturatione aquarum [illegible] tium, unde refrigerato affatim cerebro ultimo affectui ansam praebuit, hepatis obstructi iadem [illegible] crudiates aquarum praedicatarum, unde [illegible] eminentius [illegible] facies [illegible] habebat. Quare [illegible] paralyeos [illegible] tunc potissimum conquere- [illegible] praescripsi illi [illegible] alia pilulas antiparalyti- cas quarum usu [illegible] visa fuit se habere [illegible] proinde cum utero se concepisse pro comperto habe- [illegible] commodiore pharmacorum usu abstinuit. Sed [illegible] infortunio, post aliquot gestationis [illegible] abortivit cum tanta sanguinis jactura ut [illegible] periculum indigitarent [illegible] enim [illegible] respirandi difficultate

exercebatur, una concomitante anasarca, prodente se manifestius tumoreque in [illegible] lideis.
Cum fuit asciti medico D. Hall me vocare in [illegible]
[illegible] autem advolassem praedicta symptomata [illegible]
[illegible]; ultima tamen tumida [illegible] [illegible]
[illegible] manifesto indicavit [illegible]
[illegible] in mesaraeo, hepate & liene, [illegible]
[illegible] cum [illegible] viro D. [illegible]
[illegible] medici officias fungente, Cum [illegible]
[illegible] praedixissemus, ei ex hisce [illegible]
[illegible] censuimus.
Primo [illegible] in primis [illegible] [illegible]
[illegible].
Deinde [illegible] hepaticis [illegible] splenicis obstructione [illegible]
[illegible] removendo.
Ac [illegible] [illegible] duae [illegible]
ut natura ex [illegible] [illegible] [illegible]
nem [illegible] laudabilem.
Pro primo itaque cum propter sanguinis [illegible]
[illegible] non [illegible]
[illegible] syrupi de cichor: compositi cum [illegible]
[illegible] ℥ j. Crystallorum [illegible]
ex brodio, unde natura [illegible]
[illegible] in primis [illegible]
Caeterum duabus intentionibus [illegible] mu[illegible]
medicamentis confectis ex deopilantibus [illegible]
[illegible] huic affectui accommodatis [illegible]
finem haec illi praescripsimus [illegible]
[illegible] ℥ij [illegible] ʒij. [illegible]

De ... Ѯ. De Eupatorio ... chalybis pr... ...
... extracti ... rosati ... extracti ... ...
... Quarum ... unam aut duas pro ut ...
... medio aquae profuturum visum fuerit.
Huius vicem quoque subibat ... chalybe ...
etiam ex ... chalybe ...
... rosato ...
... autem via pharmacis liberior parata fuerit ad ...
... usum descendet quod ...
... secundum methodum ... in ...
... .
Faxit Deus ter Optimus maximus ut aqua haec ...
... pristinae restituatur incolumitati.

CXV ... statu Dni Dni ...
... 13. Septemb. 1635 .

Cum vocatus ad virum hunc nobilissimum ut illi pro
more solito ... administrarem medicamenta
... illi 13 die Septembris potionem purgantem una
huius libri pagina descriptam ... ...
... tantum quinquies quod ... sensi
... tot repetitis purgationibus ... praecedenti ...
catarrho ad pectus procumbente natura ... magnam
... salivae copiam per eruptiones spacio quinque
... exonerabat. Solita enim fuerat ...
... ante hac novies aut decies operari. Sequenti
die ex consilio ... Dni Doctoris ...
North ... ad ...
... Faxit Deus ut omnia ...
... promoveant viri huius celeberrimi.

CXVI. Literæ datæ ad Clarissimum virum D. D. W. M. L. super statu D. Guilielmi Bordonij delineatæ [illegible] Aprilis 1635

S. P. Quod te Consultissime D. Doctor inter media
quibus perpetuo intricatis negotia interpellare ausim, [illegible]
cit & nominis tui ut in alijs morbis [illegible] perscrutanda per-
spicuæ claritas, & ægri cuiusdam [illegible] laborantis necessi-
tas. Est autem ille annorum plus minus quadraginta, con-
stitutionis corporis naturalis melancholicæ, ut patet ex ca-
pillamento nigro habitu graciliore & colore faciei quasi
lividiore. Is autem a gonorrhæa virulenta imprudenter sup-
pressa post aliquot septimanas cœpit conqueri de doloribus
obtusis & gravativis tantum caput & tibias infestantibus,
non nocturnis sed diurnis, crebro recurrentibus [illegible]
exacerbantibus. Et tunc me consuluit. Ex enarratu itaque
statim conieci firmatione gonorrhææ virus per corpus spar-
sum jam [illegible] infuisse hepati, [illegible] [illegible] [illegible] illi fui
ut [illegible] diætam [illegible] habentes [illegible] aggressus
sum hac methodo. Primo [illegible] expurgavi primas vias me-
dicamento [illegible] ipse enim [illegible] debilitatu natu-
ram propter metum [illegible] quæ illi antehac periculum
minata fuit, cum cruenta tussi excerneret [illegible] non
admittebat. Nec in admodum attenuato sanguinis missio-
nem tutam censui. [illegible] me [illegible] ad [illegible]
[illegible] in aurora tantum ratione virium, [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] magis [illegible] [illegible] [illegible] non
parum foveat. Compositio recipiebat [illegible] [illegible]
medullo [illegible] [illegible] [illegible] Agrimoniæ m. [illegible]
coquebantur [illegible] ut post debitam macerationem in

colui

vase clauso liquirimã probe lutatã cum aquæ fontanæ ℔ 8
In fine ebullitionis addebam liquiritiæ rasæ & minutæ ℥ij
cinnamomi ʒß. confirmato autem hoc potu ad odum
symptomata supra enarrata ex commotione materiæ inve-
teratæ sedabant: et cum eliminandum illi esset omisso ligno an-
tea substituere [illegible] ex priori formula omnemq
alium potum illi interdixi. Confirmato residuo redit verum
& tunc singulis auroris sudores in lecto provocamus pro ra-
tione virium spacio duarum plus minus horarum decocto
hydrotico priori. postea autem ex ligni sancti ℔ß
lib. iij aquæ fontanæ ad unam tertiam operto vase re-
[illegible] jam hoc modo spacio 18 dierum. unde symptoma-
ta declinant quidem. sed ita lento gradu ut tuam omnino
promovendo successu optato summopere exoptamus. Præsens
hæc lues est sine nodis tophis ulceribus cruciatibusq noctur-
nis, quæ omnia citiùs pollicentur si ex artis præceptis
therapeia ritè instituatur. Sed diuturnâ morâ terrem[illegible]
[illegible]dum autem lentè & non præcipitandum in hoc
ægro. Mercurialia non fert nam a deglutitione pilu-
larum recipientium tantum gr. x. Mercurii dulcis qua-
ter sublimati, alias etiam [illegible] pueritiæ subjectum. [illegible]
[illegible] dolorem insignem, raucedinem, & asperæ arteriæ
[illegible]ionem eadem nocte percepit. [illegible] ideo ut ejus-
dem exhibitione jam abstinet quamvis alias [illegible]
jam ad aliquot annis exhibuerim a ℈j ad ʒß. Sed
bene fert pulverem diaphoreticum antimonialem quæ
illi sudorificè effero ex haustu hydrotico, unde non minus
proficiè quam cum facili tolerantia defectu xstuaty
in lecto sudat, & semel circa aut post meridiem aut ad
summum bis in die deponit fæces [illegible]. Vides ex [illegible]
quo in cardine præsentis ægri status vergetur, tu [illegible]

opem ferre, meisq studijs hoc modo favere dignatus fueris nos vicissim ad omnia officia habebis obstrictissimos. Illustras nobis amicitia, nexu pharmaca, et precaria, quibus te instructum esse non dubito, nunc vero profutura omnino rogamus. Et instrue me tua via, quamendo omnibus medijs salutem eius cito, tuto et iucunde promovendam statuas. Vale vir clarissime et uberiori calore effusa sequi omnes in me. Datum raptim apud Glevum 29 April: 1633.

R. A. Sowerwin[?] S.D.

CXVII. Literæ responsoriæ D. D. ... ad præcedentes exaratæ 30 Apr: 1633.

Legi literas tuas, doctissime vir, graphice depingentes morbum et symptomata, eorum ipsum ... et remedia quibus hactenus usi in debellando tam infestissimo hoste. Omnia sane ex arte fuere successus non fuerit ex voto. De quibus singulis cum multa dicenda sint nunc reditus properet adfestinationem nostram nesternam pauca permittit. In antiquitum adeo nostræ loquuntur conciæ. In corporis natu gracilio, et melancholico in venereo phthysi ... bubonum aut malum etiam aut debilitatem catarrho ipsos inhestante omnimodo a mercurio et mercurialibus abstinendum. et si dedisses mercurium dulcificatum ad ... cum minori forsan pulmonum incommodo aut faucium hoc factum fuisset quia per alvum viam fecisset. A guaiaco tantum nimis acri et alio remedio in tali subiecto abstinere penitus tutum et rationi consonum. Potius hydromel

tate praescriberem: ℞ Radicum Chinae ℥iss. Salsaepa-
rillae ℥iij Aquae font: lib. 8. Coquantur post 12 ho-
rarum infusionem & confusionem ad lib. iiiss. addendo
seminis anisi ℥i Liquiritiae ℥iij Santali citrini ℥ss.
Passularum ℥ij Sub finem coctura adde Mellis. Optimi ℥ij De-
spumetur ad ignem, & clarificetur albumine ovi, & serv-
vetur pro potu ordinario; et similis paretur potus ex
cerevisia in sacculo inclusis, & utatur & decocto &
cerevisia varie pro potu ordinario. omnimodo absti-
nendo a sudore nisi qui sponte noctu matutinis in
lecto proveniat: ut pulmones recluderent his refrige-
rantibus & demulcentibus leniterque expectorantibus ut
sputum sanguinis supprimatur. unde summum instat pe-
riculum cum debilibus pulmonibus hac lue conjuncta
in singulis julepis cum expectorantibus temperatis ut
foliis & rad: tussilaginis & pulmonariae incoq. salsa
& china. sic in lacte ipso quo solo aliquando vivet.
et saccharum rosatum sit in usu frequentiori; Metu-
endum est enim urgentibus pulmonibus qui citissime
solent hac lue corrumpi & putrescere: tandem si vi-
res ferant e reliquo corpore facilius lues cum suo
re leni evaporabitur, in quo ut recte mones festi-
nandum sentio; et si tuto fiat proprius accedat ut
una de morbo & remediis plenius consultemus; & quae
iam omissa sunt pro re nata & aegroti majori emo-
lumento subjici possint. Interim & brevitati igno-
scas & calamo festinanti: Dum unicum hoc statuerim
cura pulmones omissa lue non neglecta tamen.

Tui amantiss: Laur. W.

CXVIII Pro Clarissimo viro Dno Gulielmo Morgan ab Lantarnam. 30. Sept: 1633.

Vocatus fui domum 28 Septembris & tunc post apertio-
nem scroti traiecto setone consideraui tumor qui salias aequauit
mo exce edi quantitatem capitis humani. Verum cum appetitu
deiecto, conaminibus vomendi, vertigine tenebricosa & lipo-
thymia. nec non tumorum recrudescentia, nuis vestigium
indicium e oculis nostris conspiciendum praebebat in na-
tura [illegible]. Quare revulsionis ergo exhibui illi statim
3 j. sulphuris nostri emetici. qui [illegible] vomitoria [illegible]
[illegible] phlegmaticus, totumque eiusdem materiae [illegible]
[illegible] naturae [illegible] euphoriam & [illegible] levamen
men conciliavit. Noctes enim quas antea ducebat in-
somnes placido post somno transigebat, cibum denuo appe-
tebat ingestumque digerebat, conamina vomendi crebrant
[illegible] non amplius exercebantur. tumores renascentes con-
cidebant facultates vitales, animales & naturales [illegible]
[illegible] ac ut multa paucis ad omnia naturae obeunda
munia alacrior indies fiebat. Quare ut viscera firma-
rem electuarium illi exhibui hepaticum [illegible] & de-
[illegible] sumendum in aurora & hora somni quantitate vni-
us dragmae plus minus. Consului illi praeterea [illegible]
electuarium ad dissipandas aquarum [illegible] [illegible]
evocandas; cui insuebit in aurora jejuno [illegible]
mo singulis diebus ad [illegible] postea vero alternis
diebus ad horae spacium plus minus pro ratione virium
& euphoria; Intermedia autem aliqua die [illegible]
[illegible] semel in septimana. Hisce [illegible]
[illegible] interius [illegible] [illegible].

CXIX. Status viri Nobilissimi Dni Thomae
Rayseri delineatus 22 Octobris 1633

Annus est cum omnino a suo vir hic Nobilissimus annorum plus minus circiter supra sexaginta [illegible] qui infortunio post ruptum maiorem tendinem cruris dextri inferiorem quo radii alligantur ossi femoris affectus fuit grabato per aliquot septimanas & tunc sedentaria vita cum diuturno illo decubitu ansam praebuit ob[structionibus] in primis [illegible] propter collectionem materiae tartareae in [illegible] vesicae de vase renis [illegible] collecta unde varijs fuit obnoxius doloribus & [illegible] [illegible] cum [illegible] [illegible] [illegible] at eo tempore noctes duxerit insomnes ac dormire potuerit ad septimana vigiliis duas in [illegible] [illegible] [illegible] tandem eo devenit ut metu suffocationis non auderet amplius decumbere sed semper sederet in sede [illegible] pulvinarijsque ac se aliquando breui reficiebatur somno. Donec operam medici vana [illegible] ut curaret [illegible] ad hydropem [illegible] cum hunc Nobilissimum corripi statuebat tunc [illegible] [illegible] o [illegible] incrementum capiente [illegible] circa vesicam [illegible] conspiciebatur in [illegible] malum tandem eo provectum fuit ut periculum suffocationis imminere raro assistens medicus [illegible]. Multi tamen [illegible] asperioribus [illegible] [illegible] [illegible] induxit utrisque cum [illegible] [illegible] quae indies [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] profunderant. Cum itaque

-ro deplorato haberetur, alium adiit Medicum cujus praescriptionibus administratione seriet deopilantium hepaticorum & splenicorum post enarratam manifesta[m] remissionem sentit liberiori potiebatur facultate respirandi; sed acerbissimis doloribus stipabatur hoc levamen seu [illegible] assuginoso perpetuo irrigante excoriantibus ibidem ipsasque crustas tartareas inducente a medio crure ad malleolos. Cum vero variis topicis sibi levamen ex consilio assistentis Medici conciliare conatus fuisset nec ullum perciperet venit Glocestriam 11 Septembris ultimo elapsi, ut & mea & Dni Deighton Chirurgi utereter consilio & opera. Examinatis itaque omnibus jam enarratis symptomatis in pectore solito statuendum censui cura per protopathiam affecta viscera natrualia in consensum trahere; Nam exquisiti illi dolores ad excoriatione ortum ducentes & acrimonie assuginosi ejus cuti istas circumdituriarum perpetuo affricabant cruditatos serosiores per caecos meatus mediante humore ... portae imae hepatis parti inflantato ita ut mirum non sit si gibba hoc succo spoliata debitam distributionem per venas, & postea ejusdem ablegationem per ureteres moliri non queat, cum facili negotio ad partes inferiores hoc modo labefactatas tanquam in proclivi praecipitetur. Hepatis autem laudabilem renum convenit situs integritas appetitus, cui prorsus flaccesceret si obstructionibus facultas ejusdem attractrix suffocaretur. praecipua nausea potissimum

ad carnem causa in hydropicis. Nec incusare possum
ejusdem parenchymatis scirrhosam diathesim cum de nullo
conqueratur dolore gravativo hypochondrii dextri, nec
ulla se tactui (palpitavi enim utrumque viscus) durit-
es offerat. Praeterea mediocriter appetit cibum eu-
chymum & laudabilem ingestumque digerit. Immo ve-
hementer sitit, & ab omni potu inter pastus facilli-
mo negotio abstinet. His addo quod in utrumque latus
cum euphoria decumbat, cum e contra scirrhosa vis-
cera decubitum decubitum in oppositum latus non fe-
rant, quia pondere suo diaphragmatis & respirationis
libertatem ita affectis adimunt. Ac demque lotium, sub-
stantia, colore & contentis sanorum simillimum sa-
tis superque convincit integritatem actionum natura-
lium, nec non parenchymatis ipsius hepatis. Peccare
tamen tantillum defectu sanguinis copiae non inficior,
non enim est omnimode proportionatum potui ingesto.
Sed nemo hoc miratur si rationes derivationis supra
allatas aequa judicii lance perpenderit. Et ut multa
paucis, vividus & floridus faciei color hematosim
adhuc sufficere nutritioni corporis testatur. Itaque
hisce inducar argumentis ad credendum viscera na-
turalia per consensum circa vere per idiopathiam
affecta esse. Unde hoc consectarium rationi conso-
num mihi videtur, curatis cruribus non solummodo
ab excoriationibus ambo fatigantur, sed & a spon-
gioso musculorum habitu quo dilatatis jam poris
amplissima facta sunt serositatum receptacula, fa-
cilem fore reliquarum partium per consensum af-

fec[illegible] curam. Prognosi itaque ex enarratis [illegible] facillime vel in re medica [illegible] colliget. Item [illegible] periculo in sene tam [illegible] magnitudine morbi quam [illegible] symptomatum [illegible] tamen de recuperatione salutis [illegible] non est [illegible] indicationes medicas [illegible] revulsionibus derivationibus deobstruantibus specificis & topicis appropriatis.

Topica, ut [illegible] medicatione [illegible] quae [illegible] net, [illegible] Chirurgus multum [illegible] profecit quoad m[illegible] corationem comparatione instituta status praesentis cum eo in quo erat cum huc veniret, doloresque sedatiores, sed musculorum laxitas eadem quae [illegible].

Revulsiones molitus fui jam ter cum [illegible] vitae propriae praeparatione [illegible] cum aegri [illegible] levamine & euphoria.

Derivationis ergo cum [illegible] [illegible] aliquot dierum intervalla [illegible] Inde nostrate admixtis corroborantibus & corrigentibus [illegible] nec non in forma [illegible] aut [illegible] castigati aceto montano [illegible].

Ad [illegible] obstructiones frequenter [illegible] [illegible] intercalatimque electuaria [illegible] [illegible] aliquando non, sed semper constituta ex conservis [illegible] chichorei, florum ejusdem, [illegible] [illegible] Dialacc. trochisc. de [illegible] [illegible] rationem habuimus restaurationis virium

[illegible] perlarum diamargarit: frig: Aromat: ro: diamoscho diambra & similib. speciebq [illegible] electuarijs compositis ex conservis florum [illegible] [illegible]: &c.

Dominum praeterea aegro conciliare aliquando conati fuimus Laudano gemmato, scopumq; obtinuimus semper ex voto.

Interim recrudescunt tumores & inconstantia adeo adhuc sunt omnia quae aegro sese offerunt levamina ut de recuperanda optata incolumitate non immerito ambigemus. Quare auctor illi sum ut Clarissima [illegible] [illegible] fulcra consulat, ut sibi [illegible] auctum [illegible] [illegible] haec currenti calamo descripta [illegible] [illegible] Deum interim ter Optimum Maximum rogo ut omnia [illegible] in salutem viri [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tam aerumnoso malo liberetur.

Sic scribit Samuel Bave.

CXX. Literae Datae Viro Excellentissimo Dno Doctori De Mayerne [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] Dnie mea [illegible] misi statum praecedentis [illegible] [illegible] [illegible] judicii cum [illegible] [illegible] [illegible] ex arbitrio amici cuiusdam eligendi. Postea [illegible] tuam eum Vir Excellentissime [illegible] opem [illegible] eo magis mihi gratulabar. quod te meis favere studijs pro comperto haberem. Cum vero omnia in [illegible] [illegible] [illegible], periculumq; inevitabile exitium [illegible] netur, ne quid intentatum relinquamus ecce ad te denuo confugimus rogamusq; ut nobis tuo [illegible] [illegible]

Describam autem statum priorem totidem verbis quibus cum elapso mense deinceps, ac postea subjungam quantum sit hoc mutatus ab illo.
Hic descripsi historiam verbo tenus quae pag. 304 incipit. Annus est cum Domino [illegible]. Deinde haec

[illegible]

[illegible] de illis quae tunc temporis exaravi, jam ulterius historiam prosequor, ut quo in cardine jam versemur exponam.
Quantum chirurgus profecerat in incurvatione dixi, sed interim tumores exacerbavantur, seniumque femorum in dies magis infirmabant. Quare summopere urgebam ut chirurgus vel cauterium scalpello scissuris majoris ad genua imprimeret, vel vesicatorio tibiis apposito aquas demum subduceret. Sed ille utrumque recusavit, metu ut ajebat gangrenae. Cum itaque fatalem exitum appropinquaturum providerem dixi illi satius esse remedio uti ancipiti in extremo morbo quam nullo. Praeterea cum enim illi tumores mihi boni signi viderent, ut verum minarentur visceribus nobilioribus. Imo vigore [illegible] a majori eum persuadere ac ad obsequium trahere conatus fui. Sed pertinaciter admodum semper apertionem se molientem recusavit. Provabile enim videbatur nares parem fore suo operi in sanatione excoriationis exigua vesicatorio procuratae, cum ita feliciter opus suum absolvisset in ulcerum a medio sura ad malleolos cura. Sed surdo narrabam fabula.

Liui fit. Appetitus enim flaccescit. Hic motum-
fit æger ineptior; Anhelitus difficultate cum tussi-
molesta infestatur. Lotium reddit parcius, tumores
indies augentur, venter illi aliquando turget, sæpe
eructat aliquando evomit pituitam viscidam & te-
nacem. Noctes ducit insomnes, interdum aliquando
eterus dormit. Omnia omnimodo sunt evacuatio-
nes serositatum sanatis cruribus. Ita ut jam meo ju-
dicio pro conclamato habendus sit æger, nisi tuâ
operâ & consilio instructi aliquid aggrediamur
quod illi proficiat. Confugimus ad E. T. rogamusque
obnixe ut nos hic hærentes erudire digneris. Vale.
Rastmi 22. Nov: 1633. T. E. O. S. B.

Literæ Responsoriæ viri celeberrimi Dni
Doctoris De Mayerne R. R. Archiatri.

Vix possum adduci ut credam, (vir mihi plurimum a-
mande) in pessimo & periculoso hoc affectu qui varia
morborum & symptomatum turba ægrum pinguem
sexagenarium affligit protopathice laborantes externâ
de causa tibias tanta, excitasse turbas quarum insti-
effectus internecionem minantes persanatis ulceribus ad-
huc usque perseverant. Dixerim potius generosum patientem
à tendinis alterius cruris dilaceratione & fractura dudum
gravato assiduum, accumulatis variis præter naturam
humoribus usque putrefactis scorbutum tandem contraxisse
& tractu temporis per viscerum naturalium κακοπραγ-
γίαν tandem incidisse in hepatis & lienis ἀτονίαν.
(ut de cæteris taceam) quâ vitiatâ sanguificatione
ejusque consequentiis serosâ colluvie tartaro permixto

stagnante, totum repleuit venosum genus, in quo fluitat dolum nimium superfluum iste unos, ad aitidas & conmendas partes meptus unde necessarium est ut multis sarcina ad partes debiliores amandetur. Tales sunt situs conditione & juncturarum laxitate tibiæ, quæ diu morbum multæ saevam expertæ sunt carnificinam. Nunc male forsan curatæ corpus gravius affligunt per refluxum humoris in superiores partiones stagnantis, hydropem (si caelum vitam prorogarit aliquamdiu) facturi. Erysypelas si ab exterioribus ad interiora feratur Savxbinov promunciat summus dictator. Hic res est in ancipiti & quicquid feceris non vacat periculo. Quæ ads te hactenus tentata fuere probantur mihi, de agendis meam audi sententiam. Si vires ægri tui prostrigio generosi non fuerint impares alius (licet desploratus etiam incerta praescribere remedia cum prognostico jubeat humanitas) vide ne eventus in te culpam faciat & si intamentur auxilia quæ multis fuere a tuti. Ordutti perpetuo tuis oppeletur uea atque alimentis pariter & medicamentis specifica lavemis tam deletura permisceto. Deinceps serum sive saliquamdum laborem quocunque modo e corpore eliminato per alvum per urinarios ductus, per navitum dummodo singula debito fiant ordine. Imo critu- tienti hoc? ne dalites necessitate emissaria. Vomitum Mercurio vitæ [illegible] te aliquoties provoca ; re serum mochlicum sane remedium Mercurii pat- cui in corpore robusto vix aliquid aliud æquiparare

Attamen si sit emotius [illegible] (de quo dubito) tutiorem arbitror infusionem stymmi sive pulverem illum [illegible] seu metallorum crocum qui blandius operatur in vino canarino macerez ipsa substantia quae stomachi villis nonnunquam adhaerens aliquando praeter medici expectationem & votum operabitur. Quoad purgantia perplacent mihi clysteres qui licet crassioribus intestinis ingesti, attamen ex alto trahunt & in multis corporibus, [illegible] admodum operantur. [illegible] praeter emollientia & carminantia incoquantur radices bryoniae cucumeris asinini [illegible] nostrates, [illegible], atque in [illegible] [illegible] praeter [illegible]. Deinde dissolvantur vel gutta gummi [illegible] ammoniaca vel infusio croci metallorum ad uncias aliquot aut me. [illegible] ustionem coctum ultra suppositorium vel aqua aurea Rulandi sive tinctura colocynthidis cum aqua vitae extracta vel potius cum vino albo in mediocri quantitate permisceatur juri omasorum aut capitis vitulini cocti in aqua cum carminantibus. Dioscorides est in clys[illegible] ter cuius singularis est effectus, nisi quod se minus [illegible] sit brodium tormina excitare solet. Interna cathartica si quaeras [illegible] aequaliter elaterium [illegible] [illegible]. Scammonium, quae serum quidem ducunt, id tantum invenunt [illegible] ut plus sit ab ea potum [illegible] agitante periculi quam opis a remedio [illegible] [illegible] recentis pulviscu[illegible] ad [illegible] cum [illegible] [illegible] ex vino albo aromate [illegible] [illegible] ad manus esset seminis [illegible] [illegible] & aquae [illegible] peteris utiliter caeteris posset permisceri.

Per urinas ducet copiose restinguet item & calo-
rem præternaturam temperabit potenter lapis Brunel-
la, quem suadeo ut potui ordinario antiscorbutico
cerevisiæ communi cum s. q. sacchari permisceas
& continuo propines. Si quid restet ad humorum au-
xilijs ipsi forsitan prædictorum usus eo deducet æque
ut sit ad diaphoreticum magistrale, & magisteria co-
rallorum. matris Perlarum. Oculorum Cancri cornu cer-
vi & eboris quæ acrimoniam omnium humorum tem-
perant devenienda quæ inquina storie nata miro-
serum præ viderint. Præcipuum vero atque in cuius
obligatione periculum imminens adesse videtur est supe-
rius obiter notatum emissarium natura quæ sibi olim
ad tibias viam molita est. videtur postliminio ad ar-
te eandem opem poscere. Gangrænam tibiarum aper-
tiorem [illegible] meruit chirurgus nec immerito in
corpore adeo cacochymo. Pyroticum notum applicari
quippe in eius eschara apparet & est gangrenæ prin-
cipium dividio quæ ferro fit dolorifica & periculose
periculosa est. Equidem in ea sum sententia nimis
nocitura amplissima vesicatoria applicata infernis
coxis quatuor supra genu digitis à quibus exci-
tatæ vesiculæ diutissime apertæ teneantur, vel cuius
suæ aut vetæ folijs ad ignem tabefactis & oblii-
to illitis. vel quod melius est emplastro vesicatorio
ex gummis additis cantharidibusque quod sine dolore
quamdiu volueris serum extrahet. Quod si succedant
cauteriis illi quos antea passus est æger aliud e-

[illegible] admodo cerato albo refrigerante [illegible] m[illegible] bela plurimum [illegible] permixtum fuerit. Ita sunt quae ad tuas respondenda vel insinuanda in praesentiarum existimavi. Expertis [illegible] adspiret omnipotens Deus a quo tibi omnia fausta & felicia precor. Vale Datum Londini xy. Novem. Anno 1633.

Tui studiosissimus
De Mayerne
R. R. M. M. M. P.

CXXI. Status Domini Thomae Williams
Delineatus 16 Decembris

Vir Nobilissimus hic annum agens primum supra sexagesimum cuius constitutionem naturalem descripsimus p. 333. cum incidisset ante octiduum in paroxysmum nephriticum quibus antehac frequenter obnoxius fuit ab assumpto haustulo aquae [illegible] liberatus fuit quidem ab ipso insultu nephritico sed cum accessu febris tertianae duplicis ut patet ex tribus paroxysmis irruentibus inaequis diebusque certa periodo cum horrore, quem aestus universalis excipiebat qui terminabatur affatim in declinatione profuso sudore. Sed post tertium abiit in febrem continuam. Qua se vocatus accessi, & [illegible] eum crebris vomitionibus exercitatum. Ut itaque rationem haberem causae continentis quae erat bilis copia ipsius [illegible] [illegible] exhibui illi hoc vomitorium partitis vicibus propter facilitatem motus humorum in hoc aegro. Asserebant enim assistentes se ab assumpto

stamis, Syrup: rosati ana ℥ß. ex haustu so[l]b-
ceti solutum fuisse repurgari septies aut octies.
Post autem hoc vomitorium altera die. ℞ Liquoris
nostri emetici ʒiiiß. Aquæ cardui ℥ij. Syr: acetos.
unde vomuit quinquies, dejecit ter. Ita ut in
posterum me illo petierit ex nostro posse ita-
quam tota hæc dosis una vice. Cum mala-
ri euphoria hoc medicamento fugata fuit fe-
bris. Ad corrigendam tamen intemperiem reli-
quam hepatis & eliminandas fuliginum reliqui-
as per sudorem, patuli enim illi admodum sunt
pori exhibui illi in aurora ʒß. magist: cer-
vinum ex Stadio. & hora somni iterum ℥ij
mine Julapij ℞ Aq: cardui, Limar: Cichor.
ana ℥iij. Syr: de Citor: acet. Limonum, Su-
[illegible] ana ℥iß. M. f. Julap.
Hoc meo instituto reliqui ægrum quar-
ta post adventum meum die. Deus opt. Max.
illi ita benedicat ut his institutis pristinæ
restituatur incolumitati.

[illegible] Literis datis Illustrissimo Reverendissimo
[illegible] Dno Theodoro De Mayerne Regiæ Maje-
statis Archiatro dignissimo 24 Decem [illegible]

Gratias [illegible] mini omni [illegible] generere re-
ferentes [illegible] quas nunc [illegible] nequeo, [illegible] ago
maximas, quod ultimis tuis literis me erudiretem

super internum [illegible] nostrum infestantes morbi cau-
sis [illegible] feliciorem in [illegible] profligavimus non dedignata
fuerit. [illegible] enim [illegible] ad administratione [illegible]
[illegible] orum tam alimentis quam pharmacis admi-
torum se habuit. emissariis quoque [illegible]
[illegible] aperuimus non sine singulari emolumento.
Nam cum aeger tanta premeretur anhelitus difficul-
tate ut singulis momentis se suffocatum iri vereretur,
[illegible] maiore continuari sibi imperavit em-
plastra duo [illegible] ex cera oleo resina [illegible]
[illegible] & sapone mixto, cuius vi caustica & acrimonia
[illegible] adiuncti cutibus excoriationem denuo
[illegible] a medio utriusque surae ad claviculas in
[illegible] serum [illegible] quidem tenue sed [illegible]
quot dies [illegible] & admodum [illegible] copiose
[illegible]. Femora vesicatoriis interim [illegible]
[illegible] ab onere suo liberata fuere, ita ut [illegible]
[illegible] crura & coxae [illegible]
[illegible] frigiditate crurum [illegible] aeger [illegible]
[illegible] impediretur quo minus dormire
[illegible] tunc erectus sedi [illegible]
[illegible] somnus [illegible]
[illegible] Flatibus [illegible]
[illegible] omnimodo ad carnem nauseans [illegible]
[illegible] appetit. [illegible]
[illegible] & substantia [illegible]
[illegible] nec [illegible] nec [illegible]

Languor enim altum illud, difficultas respirandi, quæ
dum sedet nulla est, hoc impedit. In effluvio muriæ-
ato circa tibiam utramque dextram quæ ante incu-
rsione tenuius debilitata fuit, ac simul de tumore
acriori infestata appalebat ante solidum livida
cum moderavi factore cui malo feliciter obviam
ivit Chirurgus nescio qua lotione ita ut color istius
cruris jam sit multo emendatior. Potum ordinarium
quo te conjuxe utitur, & cui acceptam fero prosam
lotij copiam combono ex aux lib. 2 f. Succi depu-
rati cochleariæ. Nasturtij aquatici ana lib. i. Becca-
bungæ lib. β. Salis Prunellæ ʒ iij. Quod si mea-
la desideres fac ut mihi hoc innotescat. Permuta-
vi eum quidem Soldanella, gratiola. Sisterio ante
hac & quod mireris V. C. nunquam ad operationem
etiam profusiore valde sitivit. Unde ... Di-
vini Hippocratis occultum tentamandum consilium. Do-
nec sitiant revocanda esse corpora. Et mihi ...
nam hydragogorum, istim movere ... fuissem
ulterius ... progrederer. Potiuncula ex ...
de floribus & Jalappio benigne operatur & prima
vice sex dejectionibus, secunda duobus tantum ...
... adjuvit. Non Scammonium nec Camboiam* *caremus
... exhibui. Semmeus ... fuerit ...
quos ea adhuc immatura nobis præripiunt. Scias
itaque V. C. quo in statu res ægri nostri in præsenti-
arum versentur. Si enim cura ad excoriatione ...

rius liceretur. Dolor eorum quidem mitigatur, sed nō sine metu majoris noxæ. quam turgentes crurum & femorum aquæ minantur partibq nobilioribus, non sine gravissimis symptomatis. Dm verò excruciationes [illegible] ant, tunc querula voce gemibundus doloris acerbitatem assistentibus continuò prodit. Dilemma hoc mihi animum utrimq alternis cornu feriens videtur solvendum [illegible] diversione, impressione [illegible] autem non actualis situs enim nimis dolorificum. Non [illegible] rotorii, hoc enim gangrenæ tantopere metuendæ [illegible] insignitur characteribus. Sed potius fontaneli incisione facta, quæ tutior & lenior meo judicio [illegible] multumq eam polliceri reor si apponatur duobus digitis sub genu, vel exterius vel inferius [illegible] enim perenni effluvio interciperetur [illegible] crura infectans, & [illegible] sentinæ emitteretur jactata ex venis majoribus ad partes debiliores præcipitata. Hoc autem non moliemur, nisi 2. T. ex præmissis [illegible] hoc tutum & utile ægro nostro futurum [illegible]. Electuarium illi jam præscripsi aliis non multum absimile nisi quod compositionem unciarum sumq ingrediantur jalapij drachma duæ & [illegible] drachma una; ut quotidiana [illegible] [illegible] coacervationem materiæ tartareæ circa viscera naturalia impediret. Quem secum [illegible] [illegible] eum prosequat, sin minus ab eo [illegible] [illegible] obiter delineata æqui bonique consule & uno tantum verbo mihi [illegible] hærenti opem fer [illegible]

... & me solito favore prosequi perge. Datum Glocestriae 24 Decembris 1633.

T. Ex: observantissimus
Samuel Bave.

CXXII. Litera Dni Thomae Bonde exarata
2 Januarii 1633.

Egregie Dr. Vicesimo nono die Decembris arcessivit me regia laborans admodum difficili respiratione, & deglutiendi dolore acutissimo. Fauces sunt constrictae & gurgulio tument & inflammantur, circa radicem linguae viscosa congregatur saliva, & à capite continuus defluit humor exasperans malum. Proxima nocte enema injiciebatur fortius, ad reducendum impetum humoris ad affectam partem affluentis. Proximo mane è dextro brachio emittebantur sanguinis unciae tres, circiter tertiam pomeridianam repetito enemate. Frequenti usa est gargarismate resiccativo, & hoc mane potionem accepit catharticam. Consule amico quo remedio aut quâ utatur Medicinâ, cum nec adhuc contumax cedit malum sed vires suscipit & vehementiora minatur pericula virium incommoditate, cum satisfactione retinui aut ... sunt affigenda, aut quid ulterius agendum sit: ... ut sciam, & impera

Amico fidelissimo
Thomae Bond.

CXXIII. Responsoria ad praecedentes eadem remissae die

Constat mihi legendo, Ornatissime juvenis, regiam tuam laborantem angina (qui affectus annumeratur peracutis cum non rarò eos corripies quarta ... die) non

parum periclitari. Methodum tuam in ei succurrendo probo, de ulterius agendis cum me consulas, cucurbitulas capiti cum scarificatione affixas non modo tutas sed & plurimum maturius emolumenti non ambigo. Verum ut aegra certius declinet suffocationis periculum velim ut praemittas phlebotomiam venae quae subjicitur linguae, & ut sanguis ad ejusdem incisione eo liberius effluat, circum ejus collo linteum aliquod molle, & leviter premendo ideo carotides ut sic sanguis ibis contentus [illegible] exitum quaerat. Hoc peracto majoris derivationis ergo apponi cucurbitulas magna flamma ut eo validius deriverent, & post leves scarificationes reaffigantur ut sanguinem exugant. Deinde inungantur vulnusculis oxirrhodina juncta butiro recenti. Mitto tibi duo praeterea emplastra vesicatoria quibus retro aures appositis supremam imperium humoris affixum in fauces illaventur. Sequenti mane remotis emplastris aperi vesicas & apponi brassicae folia. Interim medius una cum gargarismate leviter repercutiente & validius discutiente continuo usitato ore continuo abluto gutture procul dubio malum brevi attinget statum seu vigorem, quem excipiet felix declinatio. Loquerem ego pauxillum olei mastichini in ℥ß. aquae caprifolii & ℥i. mellis rosacei adjecta aluminis ʒß. ad dissolutionem usque coctum liquorem alterarem ℥iiii. medius rosati colati ac sic injicerem syphone vel syringa tepide. Continuarem praeterea injectionem enematum singulis diebus pro rei exigentia. Sudorem si natura offerat, ne impediat, sed cave ne eum vi medicamenti alicujus sudorifici

tia vel diaphoretici vel sudoricas, vel expectas metu majorum sudorum. Mitto tibi quoque Sinapium cujus velim immisceas cochlear unum posceto, vel brodiis, vel cuivis potui. Compescet enim sanguinis fervorem & specifica facultate medetur anginæ. Vale juvenis mihi plurimum amande. Deum rogo ut votis tuis adspiret. Vale iterum. Tui studiosiss:

Samuel Bave.

CXXIIII. Literæ Juvenis Clarissimi Dni Danielis super Colisteriis datæ 3. Januarii 1633.

D. D. excellentissime vir, præmissis servitiis meis, fateor te certiorem animum mihi fuisse una cum meo eorum exhibitore te videre; verum emmerito revocatur autem regiis a præsulibus. Cadrus sui animi sententiam mutavit. Itaque etiam atque etiam per hasce te rogatum velim, ut tui infirmo meo quantum in te est remedium adhibeas. Egomet enim occupatus negotiis Dni mei, non possum amicorum meorum votis respondere. Ille ipse vero præsentius amicus meus pro viribus se tibi gratum fore certo credo non dubito, quam sit tuo in me. Si in communem nostri naturam, amore petitioni meæ annuas. Præterea amicum meorum unum est vicissim & tibi, & amicus tuis servitio erit interdum ac noctu. Quod superest rogo ocissime i patiaris ruditati styli. Plus enim quam raptim hasce scripsi Vigorniæ, redituris Hartlebiam die 3. Jan: 1633. Tui amiciter observantissimus

Majorem in modum iterum iterumque te rogo ac oro. Si rectum quod tibi est judicium ita repugnat huic curationi ut putes eum vix restitui posse quaeso expedias ipsum statim. Ego enim ipsi auctor fui, ut iter hoc ad te susciperet, promittens illi quod tua ope vel sanitatem recuperaret vel ad minus levamen sentire deberet, mali nimis quod ipsum infestat. Vale optime Vir etiam atque etiam & verbis meis uxorem tuam officiosissime saluta, Item cognatum tuum Pharmacopaeum Commeinium. Breviter [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

CXXV. Responsoria data 5o. die Jan: 1634.

S. P. Traditae mihi fuerunt literae tuae Juvenis mihi plurimum amande, quibus me in gratiam istius tabellionis conjugis rogasque ut illi, re sic exigente, suppetias ferre non recusem. Pro solita itaque mea erga valetudinarios promptitudine facere non possum quin tibi [illegible], cum nulli opem meam efflagitanti eam adhuc unquam negaverim. Ex enarratione autem symptomatum simul [illegible] cum [illegible] in ipso colloquio [illegible] [illegible] [illegible] & ulterior indagatio sententiam confirmavit. Ita ut jam constet de morbo. Quos autem [illegible] sui malum [illegible] ante aliquot septimanas, recrudescens, quod therapeia a te instituta ad annum plus minus curatum videbatur. [illegible] [illegible] externus [illegible] dolor nocte potissimum ingravescens, & alius tonsillae sinistrae. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ut glandula jam istam [illegible]

-stantiam celeriter depopuletur, ac vicinis partibus mu-
culosis eandem noxam, nec non ossi palati cariem mine-
tur nisi aegro faelici therapeia illico succurramus. Quare
author tibi sum ut cum hac methodo curandum suscipias.
Quamquidem morbus non facit induciae, prima post
adventum die. Eum enim tibi remitto, cum mea me alia
avocent negotia. ita ut huic operi jam medicam ma-
num postmanei vacare non possim. Prima die circa sex-
tam matutinam injiciatur illi enema carminans &
emolliens cum admixtione purgantium refrigerantium
ut syrup. rosati & violacei ana ℥ij & olei amygdal.
dulcium ℥j. Exonerata alvo, ac liberatis intestinis à
faecibus abradatur circa nonam matutinam eiusdem diei
basilica dextra. & emittantur sanguinis circiter ℥ iij
aut v. ad minorationem materiae morbificae, quâ jam
maximo nostro turget genus venosum, eoque contenta
massa sanguinea. Sequenti die repurgetur medicamento
leniter purgante non valide Cathartico. Deinde tertia
capiat haustum plus minus ℥ v. huius potus dicti tepidum
calidum in lecto, duabus scilicet plus minus horis ante
solis ortum, & stragulis coopertus sudet pro ratione vi-
rium ad horam unam cum dimidia; Praeferrem tamen
aestuarium, si vobis aliquod sit ad manus in hunc usum
appositè factum. Praeparabiem autem potum hoc modo.
R. … santali rubri & meduls … quae conf…
… macerentur & stent in … cineribus

teridulis operto vase per noctem. Sequenti aurora co-
quantur spacio 8. horarum, & in fine adjiciantur liqui-
ritiae rasae & cynnamomi ana ℥ij. Sic remoto vasculo ab
igne sine refrigescere. Tunc liquorem trajice per man-
cam Hippocratis toties donec clariusculus sit. Et capiat
huius liquoris dosim supra praescriptam in aurora & ter-
tia pomeridiana post sumptionem ℥ß. intermedio opi-
mi diluti in paruulo aquae calidi ℔. ad correctionem
salsi inferiora infestantis. At hic continue iubet vis
singulis diebus, nisi vires grauiorem hanc egrotantis di-
suadeant. Harum enim semper maxima habenda est
cura. Donec capitis dolor recesserit, ulceraque penitus
curata fuerint. Quae verum abluat hoc gargarismate
aliquoties singulis diebus. ℞ Aquae plantaginis ℥iiij
capillorum, Potus guajacini supra praescripti ana ℥6.
Mellis rosati colati, Diamori Diamicum ana ℥ij. Uta-
tur autem eo semper tepido. Abluto hoc modo ore
tangat ulcera ad eorum desiccationem & persanatio-
nem hac aqua. ℞ Aquae plantaginis ℥iiij. Sublima-
ti ʒ vj. coquantur in vase figulino novo, ad dissolu-
tionem sublimati; Deinde trajiciantur per chartam
emporeticam & adde mellis rosati colati ℥iß. in-
terim repurgetur semel in septimana die intercala-
ri, vel enemate, vel blanda aliqua potiuncula
praesertim si alvus illi sit constipata. Cibus toto hoc
curriculo offeratur illi exiguus & facilis concoctio-
nis, non ad satietatem testus ut vulgo faciunt. Peccant

enim in eo quod hoc modo salis microco[s]mici balsami vitium augeant. Pro potu ordinario reassumde magnali superiores potus diaeteticae aquae fontanae lib. ij. coctis ligni sancti ℥ iiij. cum adjectione in fine ebulitionis corticis cassiae & cynnamomi ut supra. Abstineat ab omni alio potu. Curatis autem ulceribus repurgetur iterum communioni adjecto ℈j mercurij dulcis. Nam antequam repurgatio fuerint, minus tutum hoc pharmacum quod alias multum pollicetur in promovenda cura ipsius tuis, quia ~~potius~~ aequo copiosius allueret partes circa laryngem desiccatas virulenta saliva, ac in cariem omni arte declinandam minaretur ossium. Continuet autem hunc cursum ad absolutam omnimodo curam, quae non ex intermissione symptomatum definienda venit sed ex omnimoda eliminatione materiae peccantis; si enim vel scintillula eiusdem superesset procul dubio post aliquot dies recurret malum. Poteris hic addere, adimere & nonnulla mutare prout indicationes curativae id postulaverint. Haec enim omnia tuo committo quem novi & gnarum & edulum. Haec igitur & currenti calamo exarata aequi bonique consule. Deum rogo ut votis tuis adspiret, ad salutem periclitantis aegri nisi medela sine dilatione mittatur. Dacantur 4 Jan. 1635.

Tui amantiss: Conterraneus

Samuel Bave.

CXXVI. Literæ datæ viro Clarissimo Dno D. Lapworth super statu Dni. Chapman. 13. Jan: 1633.

S. P. Tacere non possum, Vir mihi omni observantiarum genere summopere colendo, quin gratias quas pares referre nequeo, quam tibi maximas, quod pro singulari tuâ erga me benevolentiâ, me in consilium adhiberi jussisti, in gratiam Dni. Chapman, non leviter meo judicio periclitantis. Quare non gravavor, tuæ censuræ subjicere causas prædictam prognosin à nobis extorquentes. Conquerebatur enim primo de tussi sensatione in fundo ventriculi, circa pylorum & mesenterium ante tres menses, idque potissimum ab ingesto cibo. Neglecto autem dolore tussis eum jam plus minus sex septimanis corripuit ferina. Antequam autem mihi sputum tussi excretum examinandum oblatum fuisset remotâ sarcinâ partes nutritioni dicatas gravante, fore sperabam, ut jactura, convenienti diætâ, repararetur. Verum purulenta sanies bronchiis pulmonum explosa calamitosum & funestum malum esse indicat: præsertim cum non exiguam humidi primogenii jacturam fecerit. Vides igitur quo in statu V. C. constituatur hic affectus præcipitaverit æegrum nostrum: qui nisi serò nimis cum Dnrigious (?) advenisset, meo judicio potuisset artis adminiculo

declinare inevitabile periculum. Committimus tamen omnia Deo ter optimo maximo, qui natura superior est: & instituamus therapeiam secundum indicationes medias: praecipue cum nec diarrhaea, nec sudore nocturno infestetur. Duabus itaque vice intentionibus satisfacere conamur. Primo moliemur subiationem obstructionum supradictarum. Deinde habebimus rationem pulmonum iussefactatorum. Ac demum refocillare conabimur vires convenienti illa & plurimum aegro profutura à te consignata dietâ, ad restitutionem substantiae deperditae. Flaccescunt enim illi adeo musculi ut conciderint faciesque illi sit Hippocraticae proxima, cutisque universa jam appropinquet ossa. Potest tamen incedere, medio cribri appetit, somnoque refultur laudabili. Utinam vomitorio tempestive arripuisset ansam, jam cratis ejus defectu, calamitatibus. Mitto tibi V. E. praescriptorum formulam, ut his calculum tuum si probes pharmaca & methodum, addas. Sic enim cavebimus ne in nos cudatur faba, si Deus votis nostris non adspiraverit. Medici enim assistentis fungetur officio Dnus Exton, & mea mihi vix hic pernoctandi otium relinquunt negotia. Quae hic suggerimus censurae, hosque enu-

ditiores faciat ne dedigneris obnixe rogamus. Vale V. C. & subito calore effusa equi bonique consule. Vale iterum. Nos amare perge. Dabantur raptim in Campomo 13 January 1633.

Tuae Ex.ae: observantissimi
Samuel Bave.
Johannes Elton.

Formula Medicorum.

Repetatur semel in septimana aut saepius si opus sit infusio ℞. Capillorum ex ℥iss theri pro dosi.

Interim capiat singulis auroris jejuno ventriculo circiter ℥iss huius electuarii, & tantundem tribus horis ab assumpto prandio, & deambulet ad horam plus minus a devorato pharmaco.

℞ Conservae radicum cichorei
florum cichorei ana ℥iss.
Rosarum rubrarum ℥ij
Diarrhod: Abbat:
specierum trium santal: ana ʒj
Pocularum ...
... electi ana ℥ss.
Crys. ... tartari ʒij
chalybis praeparati ʒj.
cum s. q. syr: de ... m. fiat electuarium ut est artis.

℞ Decoctionis pectoralis cum pectiniis ex præscri-
pto D. D. Lapworth & capiat coch. i. quoties tus-
sit & deglutiat sensim.

℞ florum Benzoini ℥ij
Sulphuris ℥ß.
Cum ℥b. saccari optimi f. tabellæ, quarum
contineat mane & horâ somni unam in ore, &
deglutiat prout dissolvitur.

Inungatur pectus horâ somni unguento præ-
scripto à D: D. Lapworth.

Nutriatur jusculis medicatis ex præscripto D.
D. Lapworth, & cibo eucymo faciliisque digestio-
nis.

Quod si alvus illi sit constipata injiciatur illi
aliquando enema ex decoctione capitis vervecini
florum chamomæl: meliloti: prunorum damascenorum
cum admixtione ℥iij sacchari rubri.

S. B.

CXXVII. Status Dnæ Elizabethæ Stoaks.
delineatus 18. Januarij 1633.

Annus est a quo virgo hæc annorum 24 · a suppressis
primâ periodo mensibus, passa fuit tumorem flatulentũ
supra malleolum interiorem cruris dextri, cuius causam

ceventem jam enarrata Symptomata suppressio convincit esse succum tartareum & crudum eo defectu requisitae evacuationis tanquam ad partem debiliorem & ignobiliorem protrusum. Cum autem successu temporis levis dolor subortetur in crure libertatem illi deambulandi adimens varios consuluit Medicos & Chirurgos quorum operâ diversa tentavit; sed omnia irrita. Quare tandem commisit se curandam chirurgo alicui, qui cum malum videret eludere omnem discutientium & restaurantium vim tumore tum quoque apparente in opposita cruris affecti regione, eum aperuit scalpello incisorio, etiamsi nulla apparerent fluctuantis materiae tumore contentae vestigia. Spacio autem tredecim septimanarum curatione quidem molitus fuit omni pro modulo ingenii, industriâ sed in cassum. Quare tandem & ego adversor cum Dus Deighton & Lenorm utroque chirurgo. Explorato vulnere reperimus, examine facto stylo argenteo ut est ... permeare transversim pedem totum infra condos ... metatarsium. Et proinde ni materia purulenta quae ... nec laudata effluit, cariem indicat ossibus ... ea adhuc libera restent, in eo convenimus ut tra... ... flammula medela insituatur. Hoc opere relicto chirurgis ego illi levi primo exhibito vomitorio, & praemissa facili purgatione, ratione extenuationis atrophiam minantes, nutritioni promovendae incubui specificis hepaticis & splenicis junctis diaetae convenienti. Faxit Deus ut ota votis nostris respondeant, ac recuperationem optatae incolumitatis non immerito à parentibus & ipsa cura...

nostræ commissa virgine expetitæ.

CXXVIII. Status Dni Edovardi Michell de m... ætatis 22 Januarij 1633.

Vir in amorum fine minus 40 constitutionis melancholicæ post animi passiones varias tandem incidit in delirium sine febre. cum tanto vitæ tædio ut sibi manus violentas inferre conatus fuerit. transfodit enim sibi cultro latus sinistrum in epigastrio perforato peritonæo illæsis tamen omento & intestinis. Suscipere tamen nolui maniæ curam donec persanatum esset vulnus cuius cura absoluta fuit spatio 15 dierum. Ac tum toto illo curriculo non erat mentis compos. Hisce tamen remedijs prorsus convaluit spatio octiduj.

Dum chirurgus occupatus erat in curatione vulneris statim imperavi illi ut iniecto enemate subduceret fæces alvi ac postea aperiret basylicam dextram & emitteret sanguinis ℥viij. Ac deinde hora somni capiebat singulis noctibus Julapium ex aqua Betonicæ, Diacodio & Diascordio; singulisque vicibus quoties opus erat sollicitabat alvum suppositorio validiori. Perfecte sanato vulnere hoc cursu persimili fuit restitutus sanitati.

℞ Pulveris nri emetici g. ij. Capiat prima die in aurora cum regimine, sed non vomuit, tribus tantum dejectionibus opus huius medicamenti absolutum fuit.

℞ Pil. mag. cachochiarum ℈ʃs. Capiat sequenti die in aurora. unde totidem habuit sedes sus.

Tertia die aperiebatur vena dextra & denuo emittebantur sanguinis ℥viij. Et tunc circa vesperam omnia

erant sedatiora. Dormiebat quietius solito illa nocte & sequenti aurora constabat mente.

Quare circa septimam matutinam chirurgo imperavi ut aperiret venam medium frontem perreptantem ab illo tempore delirium omnimodo cessavit, propter refrigerium meningum hac eventilatione procuratum. Ulterioris autem affectionis ergo praescripsi illi hoc electuarium sumendum mane & vespere rite in quantitate [illegible] unius.

℞. Conservae florum betonicae ℥j. borraginis buglossae. Radic. cichor. ana ℥ij ss. saccharatum ... ionis ℥ij. castorei ℈j cum s. q. syr. de fumar. M. f. Electuarium.

Finis medijs ita singulari Dei favore convaluit ut ulterioribus medijs non opus fuerit. faxit Deus ne recidivam patiatur.

Index Nominum ægrotum quorum consilia continentur hoc libro.

B.

C.

FINIS.

INDEX MORBORUM HOC OPUSCULO CONTENTORUM.

C

Calculus

Cephalalgia

Chlorosis

Coma

D.

Diarrhæa.

E

Epilepsia .

F

Febris tertiana.

H.

Melancholici.

Dna Jordam · c · 3 · p · 4 ·
Dna Kyrle · c · 9 · p · 44 · c · 63 · p · 228 ·
N · N · c · 14 · p · 64 ·
Dna Bray · c · 15 · p · 67
Dnus Coxe c 16 p · 71 ·
Dnus Wood · c · 25 · p · 100 ·
Dna Spert · c · 30 · p · 119 ·
Dna Fleetwood · c · 4 · p · 5 ·
Dna Huntley · c · 35 · p · 137 ·
Dna Morgan · c · 60 · p · 218 ·
Dna Powell · c · 30 · p · 123 ·
Dnus Langthon · c · 88 · p · 320 ·
Dnus Robinson · c · 98 · p · 343 ·
Dna Wilson · c · 113 · p · 388 ·

Mensium profluvium

Dna Holliday · c · 68 · p · 243 ·

Mensium suppressio.

Dna Beilwin · c · 8 · p · 43 ·
Dna Stoaks · c · 127 · p · 421 ·

Mercurialis minctionis noxa ·

Dnus Hemmings · c · 44 · 45 · p · 168 ·

Morbilli ·

Dna Sitkins · c · 111 · p · 376 ·

N

Nephritici

P

Paralysis.

Ptisis.

Q.

Quartana vide febris Quartana.

R.

Reginen puerperarum

S

Scorbutus.

Dnus Thimoel. c. 11. p. 52.
Dnus Bishop. c. 43. p. 162.
D. Cooke. c. 53. p. 193.
D. Huntley. c. 70. p. 255.
D. Russel. c. 119. p. 394.

Scrofulæ.

Hester Bave c. 90. p. 326. Item p. 366.

Siphylis.

Dnus Bordonius. c. 116. p. 389.
Dni Holsterij literæ, cum meis ad illas responso-
rijs. c. 124. & 125. p. 411.

Stranguria.

Dnus Poole Eques. c. 85. p. 310.

Surditas.

Dna Spert. c. 30. p. 119. Item c. 100. p. 350.

T

Tertiana Vide febris tertiana.

Thermarum usus intemperiei calidæ
iecur hepatis & renum suspectus e.

Dnus Prior. c. 69. p. 254.

Tussis ferina.

Dna Harbert. c. 31. p. 125.

U.

Uteri strangulatus vide Hysterica.

FINIS.

Rationes Physicæ & Determinationes Medicæ.

A

Abscessus prope partes principes ab externis ad internas progredi periculosum est.

Abscessus internus dejectionibus vel vomitionibus se prodit. prior autem si sit intestinorum fit cum ventris doloribus & torminibus. partibusque vicinis protruditur materia purulenta. Si vero hepatis sedem habet conjunctam, aliaque signa jecoris inflammationem & purulentam collectionem comitantia deprehenduntur. Mesenterium vero sæpe ad miraculum usque sine dolore admodum insigni non tantum inflammationem sed etiam purulentam generationem satis copiosam habere potest.

Æstus jam excedens, jam remittens fit propter diversitatem materiæ peccantis, bilis scilicet & pituitæ putrescentis in eodem ægro.

Ætas consistentiæ aptissimæ dispositionis est ad adustos humores.

Alvus in febribus obstruitur propter bilem alias facultatem extricem exstimulantem alio translatam adiuvante simul intemperie febrili calida sicca ite visceribus calidis siccis omnem fluidam materiam confestim haurientibus. & bilem quæ calcat excretioni ad partem laborantem versa. frequens esse solet.

Alvi dejectiones si sint difficiles in hecticis arguit contentorum humiditatem hectico calore absumi: si vero lubricae indicat insignem putredinem conju. & hepatis debilitatem vel nauseam.

Alvus in hypochondriacis obstruitur ob materiae peccantis facilem coagulationem, qua de causa difficultis fertur per consuetam intestinorum excretionem deponitur per consuetam intestinorum excretionem deponi ter, omni bile facultatem expultricem stimulante, vel propter jecoris concurrentem obstructionem vel ubi natura partibus debilioribus, morbo affectis, ipsi scilicet meseraeo communicata, adeoque à consueta rectiori via translata.

Alvus etiam aliquando adstringitur tum quia crudis humoribus facultas expultrix suffocatur, ut in colica, tum etiam quia intestina excrementorum incuratione exsiccantur, nec aliud quid nisi flatulentum emittitur, quod pituitosis humoribus in flatus dissolutis accidit.

Alvus aliquando totaliter obstruitur cum scilicet ab expulsionis conatu quasi convolvuntur & impinguntur teniora intestina ita ut omnem contentorum transitum denegent.

Alvus obstruitur etiam quando humiditas vehiculum & bilis stimulus excretionis alio rapiuntur, ad lienis & mesenterii scilicet venas.

Alvi obstructio in hepaticis indicat gibbam hepatis partem magis quam simam laborare.

Alvi fluxus symptomaticus in febribus malignis fit à facultatis retentricis imbecillitate, nec non per-

cam materia circa primas vias putrescentis malignitate, eam stimulante

Anasarca ex imbecillitate concoctionis provenit ejusque signa externa sunt, pallor totius, sanguine phlegmatico & seroso cutis substantiae imbuito: Instanea faciei intumescentia propter crudum sanguinem in carnosa cute faciei minus rite digestum. Membrorum flacciditas una cum laudabili sanguine plurimis excrementis in ipsis carnosis partibus abundantibus: Pedum tumor oedematodes qualis ex abundantia pituitosi sanguinis oriri solet. Interna vero sunt angustia pectoris tam propter diaphragmatis compressionem, quam etiam propter pituitam viscidam in bronchijs pulmonum & congestione & catarrho materiae defluentis collectam. Instans lipothymia quatenus serum copiosius cordis capsulam subinde replet ibidemque ebulliens ejusmodi symptoma producit; subitanea lassitudo totius ob aëris inspirati saepius imminentem suffocationem. Dejecta appetitus ob copiam peccantis materiae primas vias replentem

Anginae species gravis est illa cum gutturis interni musculi sic inflammantur ut neque in faucibus, neque in cervice quicquam appareat, unde Celso merito pestiferum, acutum, morbi genus Galeno morbus extreme peracutus, Hippocrati vero lethalis dicitur. At major est spes in illa quae fit inflammatis internis faucium musculis, ubi

tumor & rubor in faucibus oculis subjiciuntur. Fit autem cum dolore faucium, videm per congestionem & affluxum collecta materia sanguinis pituitosi. suo musculis faucium repletis, consequitur inflammatio. cum difficili respiratione occlusis scilicet quodammodo viis spiritalibus. & deglutitione impedita propter gulae difficilem dilatationem nec sua cibus potusve transire nequit. Cum vero exteriores faucium musculi inflammantur παραβυνάγχη dicitur recentioribus.

Anhelatio crebra asthmaticorum fit maxime quando corporis motus concitatior accedit. propterea quod viscidus humor meatus pulmonum obstruat & aeris introitum. fuliginumque exitum liberiorem impediat. Unde natura crebrius respirare ac attrahere conatur quod magnitudini propter angustiam meatus deest.

Animalis facultas in aegris soporosis debilitatur. quatenus distributione spirituum animalium in cerebro per somnum praeter naturam impedita sensus & motus languere coguntur.

Anxietas pectoris & animi deliquium oritur aliquando ob denegatam eventilationem sudore. vel insensibili transpiratione. ut in ephemera; aliquando propter vehementem pituitae commotionem quae sese in ventriculum & iecur effundens motum spirituum sistit. ut in febribus quotidianis: aliquando propter malignam putredinem principes facultates afficientem ut in febribus malignis, aliquando propter compressionem diaphragmatis aliaque spiritalia membra a turgente materia vel flatibus hy-

pochondriacis ut in melancholia hypochondriaca; aliquando propter incipientem quasi spirituum suffocationem propter copiam sanguinis ad spiritalia membra fluentis, ut in subitanea mensium remoratione vel propter abundantiam succi serosi ad eadem decumbentis ut in cachecticis & hydropicis: aliquando ob lapsum virium ex omnimis & frequentibus dejectionibus provenientem. ut in diarrhœa & dysenteria; aliquando ob malignitatem plerumque morbis epidemiis conjunctam. ut in variolis. &c. aliquando quoque propter putridas exhalationes cordis substantiam afficientes ut in iisdem & ulceribus mali moris.

Animalis facultatis torpor requirit clysteres acriores.

Apoplexiæ causa aliquando est proventus pituitosorum & serosorum humorum per congestionem ex imperfecta alteratione cerebri diuturnitate temporis collectus.

Apoplectici subito collapsu instar mortui jacent quod omnes facultates animales æqualiter languent sine voce nec videntes nec audientes læsis scilicet tam internis quam externis sensibus. nec propter denegatum spirituum animalium influxum, idque propter cerebri compressionem subitaneam illarumque partium respectu per quas spiritus animales aditum liberiorem requirunt Cum etiam tactu motuque privantur, quod non tantum anterior cerebri pars

sed undique totum in illis affectum sit. Differt itaque hic affectus 1. à caro & gravi sopore quae prioribus cerebri partibus hic potissimum oppressis, ubi vel posteriorem medullae partem communicatio spirituum quanquam difficiliter adhuc fiat, unde stimulati sentiunt & moventur. 2. à Lethargo cui idem accidit lenta febre simul praesente. 3 ab Epilepsia quae cum motibus convulsivis jungitur. 4 à suffocatione uteri quae non tantum similes quoque motus sed sensuum etiam internorum & externorum imperfectionem operationem relinquit.

Apoplecticorum stertor. vide Stertor

Apoplectici in principio sunt sine febre quia affectus hic inflammatione destituitur.

Appetitus mediocris Icterorum fit ventriculo frigidiore plus appetente quam concoquere queat.

Appetitus aliquando dejicitur suffocatione quasi caloris nativi ventriculi officio languente. aliquando vero propter cumulationem materiae peccantis circa ventriculum & primas vias, aliquando propter laesam concoctionem hepatis, tam ob alienum calorem quam ob denegatam functionem: Aliquando propter defluentes serositates ad ventriculum decumbentes quae concoctionem impediant nec non propter stomachicorum nervorum numerationem sequitur postea animalem facultatem [illegible]entium. Aliquando propter copiam cruditatum

in ventriculo & meseraeo collectam, impediendo scilicet causas naturalis appetentiae: aliquando quatenus viscera concoctionis aquosa et superflua materia obruuntur & in attractione & alteratione alimentorum impediuntur ut in hydropicis. Vide ἀνορεξία pag. 9.

Appetitus depravatus in morbo confirmato crebro fertur in id quod cum peccantibus humoribus plicis ventriculi impactis similitudinem habet.

Asthmatis causa proxima consistit in angustia pulmonum, quae citra febrim à lentis & crassis humoribus bronchia, hoc est, vasa pulmonum respirationi servientia coarctantibus oritur, augetur autem non raro in illis virginibus & mulieribus quae menstruis destituuntur, quia in illis arteriae & venae circa cor & diaphragma sanguine replentur.

Atrophia fit aliquando propter viscerum concoctionis imbecillitatem.

Atrophia totius corporis lethalis illa habetur quae fit ab ulcere pulmonum, illa verò quae originem suam habet ex depravatis concoctionibus infimi ventris non ita periculosa est, quia in partibus à vitali principio remotioribus consistit.

Aurium tinnitus & surditas in febribus fit propter copiam fluxionum phlegmaticarum, ab exhalationibus febrilibus resolutarum, quæ nunc &. inde commotæ aliis soporem, aliis vigilias inducunt.

Acetum & acetosa leucophlegmaticis non sunt tuta. quia cruditates ad habitum corporis penetrare faciunt, & utero sunt noxia ✱

Aer crassus & squalidus ad generationem morborum lienis & præcipue scorbuti plurimum inservit. quatenus eodem humores confunduntur spiritus inficiuntur, corpusque deses & elumbe redditur. Hinc in uliginosis locis lienes crescere scribit Hipp. lib: de aere & aq. & locis.

Alimentis convenientibus natura nostra conservatur aliquamdiu in hac vita quatenus eisdem id restituitur quod perenni substantiæ fluxu consumitur adjuvante nutritione quâ nutrimentum in partium substantiam convertitur; Ac proinde absurdum non est vitam nostram bona diæta prolongari posse. E contra vero depravatis alimentis corrumpitur quatenus partium naturam labefactat & consequenter omnes operationes depravatas reddit, quod pro diversitate peccantis materiæ diverso modo accidit ✱

Andromachus Medicus Neronis Imperatoris compositioni theriacæ primus addidit carnem viperinam ejusque facultates experientia probavit unde ab auctore medicamentum hoc in hodiernum diem denominatur

Aphonia fit vel facultatis animalis extinctione & oppressione, cum sensus & motus oblaesione, ut in apoplexia & epilepsia: vel spiritus vitalis dissipatione, vel collectione ut in metu: vel materiae vocalis interceptione, propter musculorum resolutionem thoracis vulnus; vel peculiari vitio partium vocalium, ut nervorum recurrentium sectione, vel obstructione, & laryngis nimia humectatione. Vide obmutescentia.

Acetum frigidum est & siccum partiumque tenuium ac proinde, crassos humores attenuat, lentos incidit obstructiones liberat. aestum temperat, sedat inflammationes fluxiones reprimit. sitim extinguit, movet appetentiam, bilis impetum cohibet, ideoque biliosis salubre est sed melancholicis inimicum.

Ἀνορεξία est ὄρεξιν idest appetentiae deiectio aut ablatio: Eius triplex est differentia. Prima cum aeger nihil appetit ob intemperiem ventriculi, gustat tamen nonnulla. Secunda cum cibos oblatos aversatus & fastidiose respuit, aliquid tamen coactus mandit. Tertia cum extincta virtute naturali nec quicquam appetit, nec transglutit, sed ad omnia nauseat, quae Hipp. late ἀποσιτία, nonnunquam ἀσιτία, quae gravior est inedia vocatur. Quanquam in aphorismis ἀποσιτία saepe cum ἀνορεξία confunditur. Quae symptomata contingunt si vel suctus non fiat, vel suctionis sensus pereat teste Gal. cap. 7. lib. 1 de causis symptoma. Suctio non

tit. vel suppetente alimentorum copiâ vel impeditâ
anadosi, propter obstructionem vel tractricis facultatis
exolutione, vel altrius jecoris extinctione. Sensus re
besci & destruitur calore immoderato humores fun
dente substantiam ventriculi relaxante & vim appe
tentem resolvente: frigore nimio calorem innatum
actionum naturalium auctorem extinguente: superfluâ
humiditate ventriculi corrugationem eludente: recre
mentis vel biliosis, vel pituitosis, tum in ventre col
lectis, tum aliunde influentibus. aliisque corruptis hu
moribus, tetrisque vaporibus ventriculum infestantibus:
denique facultatis animalis aut naturalis imbecillitate
tracto ventriculo in consensum cerebri, hepatis aut to
tius corporis, vide Appetitus dejectus.

Actio peculiaris cujusque partis ex ejusdem substantiæ pro
prietate manat. teste Gal: c. 6. l. 6 de placitis.

Aer calori ventilando, & instaurandis spiritibus necessa
rius corpus alterat contactu, inspiratione & tran
spiratione.

Aqua pluvialis quæ in cisterna colligitur, syrupis
thoracicis propter tenuitatem aptior est.

Alimentum est quod totius substantiæ familiaritate
in corporis animati substantiam converti potest, in
que distinguitur a medicamento, quod hoc corpo
ris substantiam immutat, aut quovis modo ever
tit: a veneno vero distinguitur quia totius
substantiæ dissimilitudine eandem depopulatur. Alimen
tum autem vincitur ab innato calore & in cor
poris substantiam mutatum, eam auget & =
conservat. Quanquam plurima sunt, quæ dum
coquuntur in corpus agunt ritu medicamentorum,

idque suis qualitatibus afficiunt, sed post susceptam sanguinis formam, caloris substantiam adaugent. Ex quibus constat duplex esse constituendum alimentum, merum & medicamentosum. Illud nulla vincente qualitate præditum est, proinde temperatum gignit sanguinem, & corpus in eodem statu conservat, aut certe minimum alterat, tametsi diversis corporibus collatum, vires diversas sortiatur: Hoc vero præter substantiam assimilem, manifesta præditum est qualitate, qua corpus alterat.

Alimentum duo consideranda offert, substantiam scilicet & temperamentum. penes illam corpori assimiatur, & calorem auget: at in temperamento dissimilitudinem aliquam interdum retinet, qua partes ipsa afficit, earumque temperationem magna ex parte immutat: quo-modo lactuca versa quidem in sanguinem, caloris substantiam auget, non tamen qualitatem intendit, imo suo frigore totius corporis habitum immutat.

Alibili cum alito communio aliqua & similitudo intercedat oportet. Gal: c. 2. lib. 3. de temperamentis.

ἄρθρον est συμβολή vel σύνθεσις, compages & compositio ossium ad motum comparata.

B

Βέχχος vide Raucedo.

Bilis efferuescens dum in febribus cerebrum & meninges petit calore humiditatem excutit acrimonia cerebrum irritat, & summa tenuitate vehementer concitatur ita ut mirum non sit si vigiliam aegrotantibus inducat.

Borax sive Chrysocolla alius fossilis est, alius factitius. hic ex urina pueri in aeratio mortario diu agitata conficitur.

Bubo venereus fit propter concutientem affluxum sanguinis pituitosi, cum quo simul malignam qualitatem, a contagio contractam natura per consueta glandularum emunctoria secernere conatur: qui si temere medicamentis repercutientibus & discutientibus repercutiatur malignitas ad interiora regurgitat. nec non proximus subjectum suum proprium [illegible] invadit quo [illegible] primum [illegible] omnium spontanea succedit, quod signum commune est cachexiae quam [illegible] sanguificationis [illegible] propter [illegible] naturalium infectionem [illegible] sanguinem [illegible] massae alienam naturam inducentem. Procedente tempore [illegible] pituitoso magis corrupto & per [illegible] acrimoniam contrahente, dolores capitis intolerabiles ut & artuum subsequuntur, vesperi ultra noctis dimidium [illegible] quod pituitosis humoribus proprium est ubi nocte [illegible] frigiditas eventilationem per poros cutis impediens [illegible] adjuvantis causae concurrit [illegible] tunc temporis [illegible] humor tenax venenata & maligna congestione circa [illegible] partes coacervatur. Postea tophi [illegible] succedunt. Vide tophi venerei.

Bilis atra facta per adustionem cholerae & melancholicae hu-
mor est omnium pessimus. Sicut enim acetum ex vino
optimi succi per putrefactionem vel exhalationem gign-
tur ita atra bilis acetum est sanguinis & magnam cu
aceto vini analogiam habet. Si enim acetum distille-
tur distillatum acrius est quam prius, & faeces re-
sidentes in fundo multo sunt acriores. Similiter si ca-
lor noster viscerum ex melancholico vel atrabiliario suc-
co, quasi per destillationem vapores elevat sursum multo
acriores & id quod remanet faecum multo acrius est. Unde
sequitur ut succedant vigiliae ex spiritu huius humoris a-
cris & mordaci. cordis angustiae. perturbationes animi.
vigiliae & similia symptomata unde melancholici ita
frequenter sunt obnoxii.

C.

Cachexia fit ob sanguinem depravatum & ad nutritionem corporis ineptum.

Calculosæ materiæ copiam producit minus accurata digestio, vel quod objectum minus ritè proportionatum sit, vel quod singularis concoctionis imbecillitas ex præcedentibus morbis, vitæ genere vel etiam hæreditaria dispositione conveniat.

Calida & sicca constitutio viscerum secundæ concoctionis promptissimè serositates crudis humoribus dilutas attrahit & fervidas exhalationes excitat, quas caput veluti lavrum recipiens fluxiones & catarrhos causat.

Calor multus & acris oritur à bile putrescente propter humoris peccantis tenuitatem & intensionem.

Calor hecticorum squallidus est ob siccitatem conjunctam, differens in hoc à suavitate diariarum, & ab acrimonia putridarum.

Calor corporis universi momentaneus & cito transiens iis frequens esse consuevit in quibus calor nativus à copiâ crudorum humorum quodammodo vincitur, alternatim videlicet cum materia peccante pugnam iniens.

Calor in ægris circa vesperam aliquando exacerbatur ex
debilitate virium scilicet per vigilias diei ma:
gis resolutis

Capitis dolor febricitantium oritur aliquando ab exha:
lationibus febrilibus propter materiæ mobilitatē
sensibilibus capitis partibus communicatis. Sensitivo
si sit oritur ab exhalationibus febrilibus pituito:
sos humores in capite solventibus. Vehemens in
febribus si sit oriri potest propter resolutam
calore febrili commotamque materiam in mem:
branis cerebri. * Vide Scorbutica cephalæa p. 97.

Capitis gravitas in febribus fit à fluxionibus pituito:
sis vi caloris febrilis in capite solutis. unde
somnus interruptus.

Capitis vulnera non sunt negligenda teste Hippo: &
sunt periculosiora æstate quam hyeme in con:
stitutionibus calidis humidis propter dispositionē
ad putredinem.

Capitis vulnera magna requirunt phlebotomiam in
principio

Capitis imbecillitas respectu sensuum internorum fit,
quia nimia cerebri humiditas obtundit eos, spiri:
tuumque animalium quandam segnitiem ac torpo:
rem inducit.

Capit. Delirium post somnum accidit ægris propter de:
bilitatem facultatis animalis unde Hip: pronun:
ciatum post somnum labor malum quatenus
scilicet spirituum venientium post recursum ad
centrum seu principium suum quod somno fit.

non ita prompte vicissim in organa sensuum distribuitur, unde capitis imbecillitas accidit.

Capitis dolor in febribus fit a vaporibus acrioribus vel ipsa bile, in cachecticis vero à sero acri cerebri membranas vellicante.

Caput est quasi receptaculum & labrum aqueæ humiditatis in nobis, quæ copiosius in calidis siccis, quam alijs colligitur, propterea quod viscera eadem promptissime non rite digestam attrahant eandemque ad caput elevent.

Cardialgia vulgo sed impropriè sic dicta fit ab acrimonia bilis partes sensiles ventriculi rodente & vellicante.

Caros quomodo differat ab Apoplexia vide titulo Apoplectici.

Catarrhum præcipuorum morborum causam non immerito medici statuunt ubi juxta Hipp: septem potissimum viæ monstrantur ad quas a capite materia fluit, videlicet aures, oculi, nares, vasorum venæ & arteriæ, vertebræ spinæ dorsi, & nervi, hanc viscerum intemperies auget. *

Cauterium actuale suturis non tuto inuritur propter cerebri viciniam.

Cerebro venæ jugulares internæ alimentum adducunt atque arteriæ carotidæ, quæ spiritum quoque vitalem pro animali spiritu elaborando advehunt.

Chalybs rite præparatus optimum omnium medicamentorum judicatur in scirrhis inferioris ventris. Roderic. à Fons: p. 18 Cons: Medic: linea pe multima.

Chlorosis potissimum origmem ducit ex imbecillitate primæ secundæq; coctionis. nam hac de causa sanguis tenax & phlegmate plurimum abundans generatur, cujus copia propter angustiam venarum minorum & subtilium infimi ventris ad uterum ablegari nequit, unde licet ætas pubertatem fere superare videatur, menses tamen plerumq; deficiunt.

Cibi fastidium in diarrhœa, vide fastidium cibi.

Cholera vel Cholerica passio nihil aliud est quam violentissima biliosorum acrium, corruptorum humorum per superiora & inferiora simul semelq; facta excretio ubi principaliter ventriculus quo ad retentricem & excretricem præter naturam læditur à bile & alijs contentis ad vitiosam naturam accedentibus. Etsi vero Hipp: de victus ratione duplex cholera ponatur, humida & sicca, non tamen de hac admodum solliciti sunt practici, cum rara sit & potius ad ipsius stomachi inflationem pertinere videatur.

Colicus dolor ita denominatur à parte affecta cum in intestino colo. tanquam capaciori, multisq;

anfractibus prodito causa materialis huius af-
fectus prompte colligatur. Etsi vero frequen-
ter à lentis, pituitosis, & flatulentis humori-
bus malum hoc oriatur: interdum tamen cali-
dis & acribus contentis originem suam debet,
& tunc graviores concitat ventris dolores maxi-
me interius punctura specie gravante, & fixos
(quatenus alij dolores à flatibus ut plurimum
producti non admodum in uno loco morantur)
circa coli regionem, in quo malum hoc ab a-
lijs ventris doloribus distinguitur.

Colici doloris causa antecedens potest esse materia
tartarea biliosa circa mesenterium ejusque ve-
nas per ἀπεψίαν adjuvante constitutione
corporis calida sicca & per consequens ad
iræ commotiones maxime prona collecta, quæ
prima resolutione per naturam ad partes pro-
ximiores expulsa colicum dolorem excitat.

Colicam passionem frequentius inducit phlegma
crassum quod in anfractibus ac plicis intestinorum
adhæret quod si bilem excrementitiam admix-
tam habeat dolor augetur.

Color faciei squallidus in febribus fit propter adim-
tionem succorum nutrientium, unde partes faciei
carnosiores succulentâ materiâ destituuntur.

* Catarrhus à capite aliquando fit quatenus cerebri contenta
pp. nativi caloris imbecillitatem in crudas defluxiões
degenerant.

Contractura articulorum vide dolores articulorum.

Contagium rarius efficax est in iis aegris in quibus prophylaxeos ergo totum corpus à superfluis & peccantibus humoribus per venae sectionem & purgationem liberatum fuit.

Convulsivus motus fit à spiritu flatuoso & impuro musculorum fibris praeter naturam sese insinuante, & pulsu tractuque illos ad suum principium contrahente: quemadmodum motus voluntarius naturalis fit influentiâ spiritus animalis in musculos. Nam idem esse debet specie & substantia quod utrumque motum voluntarium & involuntarium, naturalem ac depravatum efficit hoc tantum observato discrimine quod si illa substantia secundum naturam se habeat voluntarius, si autem praeternaturam sit involuntarius & sic convulsorius excitetur motus. Vide [illegible]

Convulsorii motus tot accidere possunt cuivis membro quot modis, juxta discrepantes loci differentias, membrum illud à voluntate alias naturâ & arbitrio moveri potest.

Convulsionum causa efficiens alias in ipsis partibus musculosis generatur, quando nempe ibi flatuosi vapores coacervantur & colliguntur & ex suppressa aliqua evacuatione, humore eo trajectato inde evocantur qui in fibras musculorũ penetrantes convulsionem excitant: Aliãs etiã

aliundè ad ipsas defertur. sicuti hoc fit cū à cerebro, vel spinalis medullæ principio vapor aliquis vel infesta qualitas ibidem excitata: vel ab alijs partibq ut stomacho utero &c. eò transmissa, transfunditur uti in Epilepticis affectionibq hoc evenire solet.

Cor actione necessitatis obtinet primatum præ omnibus reliquis partibus. & vitalis facultatis organum est præcipuum. Materiam adducendo vel abducendo inserviunt vena cava in dextrū cordis sinum sanguinem deferens: arteria magna in sinistro cordis sinu oriens, & spiritū vitalem à corde reliquis partibus communicans: Arteria venosa ex eodem sinu ad pulmones tendens, quæ præter expulsionem fuliginosæ substantiæ & attractionem aëris, etiā pulmonibq spiritum vitalem communicat: & vena arteriosa quæ ex dextro cordis sinu sanguinem pulmonibq adducit nutritionis gratiâ.

Cordis palpitatio non raro fit à sanguine seroso & superfluo in capsula cordis ἀθρόως collecta qui certis temporibq ebulliens tunc symptomata ista producit. Huic causæ proximæ colligendæ ansam præbet jecoris & lienis caliditas. unde facillimè massa sanguinea copiosum serū colligit cum citò nimis, primâ concoctione nōdum perfecta, jecur atq lien, humiditates adhuc crudās attrahunt, ita ut viscosa congeries

ea propter in stomacho relinquatur, quæ ut plu-
rimum compressione, nausea, & lipothymia incipi-
ente, quatenus orificium ventriculi vellicatur, potis-
simum invadente palpitatione cordis, sese manifes-
tare solet.

Cranij apertionem non tantum in principio tentandam
esse suadet Guilielmus Fabricius, quod volunt
Fallopius, Arantius, Aquapendens, Langius, sed
etiam post diem decimam; imo quocunque tem-
pore, quamvis gravissima adsint symptomata
modo vires ægri adhuc constent, & Chirurgus
ab amicis ægri rogatus fuerit.

Calculo vesicæ obnoxij sunt pueri ob cumulatos ex
voracitate crudos humores, facultatis expul-
tricis robur & vesicæ meatus angustiam adju-
vante simul calore nativo robustiore.

Convulsiones aliquando ortum ducunt a maligno fœtore vis-
cerum internorum, nervoso generi infesto.

Contraria contrarijs curantur ut satietas jejunio,
plethora venæ sectione, cacochymia purgatione,
quies exercitio; somnus labore & vigilia. Excre-
mentorum suppressio eorum vacuatione, atrophia
refectione: Intemperies, alteratione.

Critici dies sunt, quibus ea natura cum morbo pug-
nat, ut si illa debilior fuerit, victoria inclinet ad
morbum; sin fortior æger evadat ad salutem.
Vis enim illa, quæ membris insita est, ut nocentia
rejiciant, & noxios humores demittant, non quo-
vis morbi tempore crisim aggreditur, sed certis

quibusdam diebus. Duo quippe excretio, quæ cri-
sis dicitur, necessario exigit, ut & humor noxius,
qui eiiciendus est, naturam stimulet ac pungat,
& ut concoctus sit, & præparatus, cruda enim sicut
immitia poma difficillime avelluntur. Hinc Hippo:
1. aphoris. 22. Concocta movere medicari oportet non
cruda. Galenus ait in paroxysmis & in statu morbi
præcipue crises contingere: In paroxysmis quidem,
quia tunc corruptus humor naturam stimulat, ac pur-
gat acrius: In statu vero, quia concocti jam & subacti
humores, quasi matura poma, sua sponte decidunt. Con-
tingit vero aliquando, ut natura magnis irritata stimu-
lis, amoliatur indigestos adhuc & pervicaces humores,
sed magno ægroti incommodo & periculo: aliquando ut
subactos & rite præparatos expurgat felicissime. Hinc
morborum critici dies, quibus nimirum crises solent esse
salutares, ex quibus decernere licet quid de eventu mor-
bi sperandum aut timendum sit: et non critici ex qui-
bus nihil certi de morbo conjicere possumus: quibus si
qua excretio fiat non crisis, sed violentia quædam
sit & impetus furentis naturæ, quæ cum morbo pari-
bus adhuc viribus luctatur & incerto pugnæ eventu. Vi-
de dies sextus. Item dies Critici

Crisim & abscessus non raro præcedit insignis perturbatio in cor-
pore ægrotantis, ut difficiles toleratu, dolores exquisiti,
aurium sonitus, paraphrenitis, oblivio, ignorantia, la-
chrimæ spontaneæ, quæ medicum exercitatum non per-
terrent modo notæ concoctionis, cum laudabili pulsu ad-
sint.

Crystallus tartari [illegible] mundissimum [illegible]
tissimumque, si quod aliud in mundo, prompte mundifi-

cans stomachum, hepar atque lienem à suis impuritatibus provocans urinas, & movens unam aut alteram sedem extraordinarie. Querc: de med: prix: phil. [illegible] 59.

Crurum & partium inferiorum spontanei longique dolores ulcera quoque & color malus viscerum latens vitium ostendunt.

Canities introducitur subducto à pilis alimento. canities vero, viciato.

Capitis vulnera violento ictu inflicta non modo ad calvariam sunt denudanda, sed abradenda usque ad interiorem laminam. Quia aliquando accidit ut pars exterior patiatur confusionem quae communicatur laminae interiori, & duricori, unde & superficies ejus interna vitrea dicitur. Quare externa in eodem ictu potest cedere in se ipsam, interior ò cum non possit cedere in se ipsam contrahit rimā Fallop: comment: in lib: Hip: de capitis vulneribus. cap. 13. Et haec est una ἀποχήματος species, altera vero est cum percussa calvaria dextrâ, sinistra fissa est & contra.

Calvariae portio ictu valido & ingenti vulnere si penitus excisa ut a reliquo cranio omnino distracta, cute cranio tamen & cuti inhaereat, & pendeat, donec ad haerens, haud à periculo avellenda est & nunc minimus abjicienda sed ipsa, absterso sanguine, meningi incumbente, suo loco & statui restituenda est [illegible] gemino [illegible] velut cicatrice natura [illegible] ut est à Celso annotatum et Hip. vetat ne cerebrum suo operculo spoliemus. cujus [illegible] exemplum vide in Pareo lib. 9 [illegible]

Crises sunt admodum inconstantes & fallaces in vulneribus capitis. Non pauci enim omnibus signis letalibus apparentibus evasere. Alij vero nullis apparentibus

seu cessantibus, postquam misere ratos dirimuissent
cum omnia in tubo viderentur, periere.

Cutis cum sit partium omnium extrema & imbecillima suscipit
universi corporis excrementa ex Gal: c. 6. de morbor. cau:
sis, quæ partim vi naturæ prope omnia diminuuntur in natu:
& sudores resolvuntur partim [illegible] [illegible]
stantiæ aut materiæ multis affectibus [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible].

Catarticamon in febrium paroxysmis, sed in intermissioni:
bus exhibenda sunt, ut naturam minus iactatam iuve:
ant suffragantem.

Conceptio fit in momento. formatio autem sit natu:
ræ [illegible] a minime temporibus. Primum tempus 1
ni 6 aut 7 diebus semina crassescunt spissaque red:
duntur cum tribus bullis repleta, corio, & vasis
umbilicalibus & cæteris munita. Hoc tempus dicitur
lactificatio vel spumificatio. Hus usque genitura.
Secundum tempus in 5 vel 9 alijs dieb. omnia 2
viscera ossa nervi venæ arteriæ &c. inveniuntur
quod dicitur tempus lineationis sive ramificationis
dies sunt quindecim. Hinc usque embryo.
Tertium tempus in duodecim alijs diebus forman: 3
tur membra solida & carne replentur ope hepatis
& cæterorum partium nutritiarum. Dicitur tempus formationis
seu carnificationis. Iam dicitur fœtus seu fœtura
reffinitur. hoc in 27 diebus.
Quartum tempus in 18 alijs diebus omnia mem: 4
bra articulantur, & separatim distincte apparent
ita ut totum conformationis tempus sit 45 dies
septimestris qui & minor partus dicitur, eorum
qui tempore conformatur in omnibus temporibus
præcedit uno atque altero die.

[illegible] [illegible] est numeum primogenium [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] cuius [illegible] [illegible]
men

D

Delirium in quartanæ paroxysmo fit propter evaporationes melancholicas cum bile permixtas & cerebrum afficientes.

Deiectiones purulentæ vide abscessus internus.

Diarrhœa est fluxus alvi quo deiiciuntur assumpta quodammodo alterata sine exulceratione & inflammatione & fit plerumque ex imbecillitate ventriculi non valentis retinere & concoquere ingesta, aliquando etiam a corruptione alimentorum tanta ut ex materia putrescente vermes etiam gignentur. Dantur præterea diarrhœæ criticæ quæ robore naturæ fiunt, sicut & symptomaticæ quæ morbis aliis ex vitibus succumbentibus succedunt.

Diarrhœa biliosa fit ex putrescentibus humoribus biliosis in venis mesenterii, vicinisque minus nobilibus partibus collectis.

Diuretica calidiora nephriticis perperam administrata noxia quia eorum vi intemperies renum augetur. tenuior materia aquosa plurimum consumitur. & per consequens obstructiones in viis urinariis magis cumulat.

Dysenteria est fluxus alvi cum exulceratione & inflammatione. excretioneque sanguinolentis & ventris dolore circa tempus excretionis. Et

quanquam communiter practici quo ad partem affectam Dysenteriam aliam tenuium aliam crassorum intestinorum esse dicant negari tamen nequit tertiam quoque differentiam occurrere, quando scilicet omnia intestina simul afficiuntur, ubi morbus eo periculosior est. cum scilicet acres vitiosique humores in toto corpore commoti ad intestina semel vitiosa confluunt eademque corrodunt unde tandem fluxus sanguinolentus, puresque permixtus propter intestinorum exulcerationem, sine ulla stercoris admixtione. quia venter totus vel omnia intestina laborant, nec quicquam in excretione primæ concoctionis agunt. Vide Intestinorum exulceratio.

Dysenteria hepatica vide fluxus hepaticus.

Dolor pulsatorius suppurationem præsagit

Dolor gravativus aliquando ortum ducit a copia seri superabundantis & malefacientis.

Dolor punctivus membranosis inflammationibus proprius sicut gravativus visceribus & pulsatorius musculosis partibus, quas arteriæ intercurrunt

Dolor vagus fit propter materiæ mobilitatem.

Dolores articulorum, totiusque musculosi habitus exacerbantur, propter acrimoniam tartareæ vitiosæque materiæ, quæ per viscera concoctionis a centro ad circumferentiam transvecta novam in partibus externis, ubique coagulationem, ubi partibus tenuioribus, vel per naturam dum causæ morbificæ etiamnum resistere valet, eamque expellere conatur vel per medicamenta resolutis

acrimonia tartarea remanens partes tenues magis vellicat, procedenteque tempore partium nutrimento concurrente nodos indurationesque membranarum, tendinum, ligamentorumque producit, unde tandem articulorum contractura subsequitur.

Difficilis respiratio aliquando fit per consensum ut in hypochondriacis, quatenus scilicet ebulliens et effervescens materia in hypochondriis sub diaphragmate liberiorem respirationem compressione diaphragmatis et extensione majorum abdominis perturbat; nec non in paralyticis rep. ubi scilicet nervis thoracis ac proinde motui pulmonum non obtemperantibus. Aliquando vero per idiopathiam vasorum spiritalium idque propter obstructa bronchia ut in asthmaticis vel propter summam pulmonum imbecillitatem contractam ex vitiamento pure ut in phthisicis vel denique propter suffocationem caloris nativi ut in agonizantibus.

Dulcia plurimum bilem generant et obstructiones augent.

Dies sextus est malus criticus in febribus continuis et malignis, in quo natura non per se, sed vel copia vel malignitate quadam extimulata cum morbo pugnam init. Itaque periclitantur aegri cum sexta die moriuntur in continuis, ut patet ex observatione Hippocratis dicentis in praenotionibus coacis οἷσιν ἐκ [illegible] ταύτῃ ἔργα γίνεται, δύσκριτα

Dies critici vide Critici dies.

Dies alii sunt critici, alii non critici, alii inter utrosque medii. Critici sunt quartus, septimus, undecimus, decimus quartus, vigesimus vel ut alii tradunt vigesimus primus. Sed vigesimum anteferendum esse vigesimo primo suadent Hipp: & Galenus lib. 3. de dieb. decretorijs c. 9. Non critici sunt sextus, octavus, decimus, 16. 19. 20, 25. Medii sunt quintus. 9. 13. 17. 18. 24. quorum 13. & 17. ad criticos propius accedunt.

Deglutiendi difficultas quae fit ob virium resolutionem & spirituum defectum quod in febribus acutis saepius accidere solet, pessimum signum est & mortis instantis indicium, si cum sonitu quasi in lagenam vacuam potus decidat.

E.

Endemius morbus idem quod regionalis.

Epidemius morbus vero qui vel a mala aeris qualitate vel ex malo victu universali oritur ut fit in annonae caritate peste & castris.

Epilepsia quomodo differat ab Apoplexia vide Apo: plectici quomodo degeneret in Melancholia vide Melancholia.

Evacuationes [illegible] factae debilitatem inducunt.

Evacuationes symptomaticae pravae quidem sed non omnes letales quia iuvant naturam per accidens minuendo scilicet materiam peccantem & liberando quodammodo virtutem vitalem suffocatam.

Exercitium & somnus longior corrigunt pravos cibos ut patet in agricolis qui cum pravis cibis utantur per exercitium & somnum dissipant omnia excrementa & coquunt & sanissimi degunt.

Exulceratio intestinorum vide intestinorum exulceratio.

Exacerbationes malignae oriuntur nonnunquam ex putridis obstructionibus & collectionibus circa venas mesaraicas & splenicas ubi materia peccans [illegible] antecedentis rationem habet respectu morborum & symptomatum hic exortorum [illegible] maximam partem [illegible] ma-

ignitatem nervoso generi sat inimicam acquirat ceterisque temporibus efferbescens & ebulliens, instar vini recentis noxiâ suâ qualitate nervis & musculis, iisque partibus motui destinatis, vim infert & paroxysmum quasi convulsivum producit.

Exudatio quam Hipp: passim ἐφιδρωσιν nominat accidit aliquando propter caloris nativi dissipationem.

Exulcerationem renum indicat mictio purulenta & sanguinea cum dolore in regione lumborum: dolor continuus coli cum cruentis urinis: ... eiusdem dolor praecipue tempore excretionis urinae, cum ... aliquando dejectione excrementorum, quatenus propter vicinitatem ... venae colum in dilatatione recti intestini comprimitur.

Extremorum frigiditas fit aliquando quatenus vehemens partium interiorum inflammatio tanquam ... sanguinem unaque calorem ad se trahit natura simul eo inclinante quae propter vehementiam coloris excitata tanquam ... parti ... sanguinem & spiritus ab extremis partibus revocat & ad partem dolentem ... mittit.

Contraria contrariis curantur ut satietas jejunio, plethora venae sectione: Cacochymia purgatione: Lues exercitio: Somnus labore & vigilia: Excrementorum

subversio, eorum evacuatione; atrophia refectione; intemperies alteratione &c.

Extremorum frigiditas in vigore morborum peracutorum funesta est, quia νέκρωσιν innati caloris, viriumque principalium dissolutionem indicat.

Extrema & totum corpus refrigescunt fere in morientibus quia insitus calor in circumferentia corporis primo resolvitur.

Evacuationes illae suspectae sunt quae fiunt diebus paribus; Immutatur enim naturae ordo cum exacerbatio [...] movetur die pari cum impari fieri deberet propterea quod calor nativus excitatus per copiam & malignitatem peccantis materiae pugnam citius repetat non sine periculo in acutis, vel quod potius a putredinis diffusione, quam vera critica motione tale quid accidat.

Exempla ea sunt pro potioribus habenda quae ipsi oculis usurpavimus. Gal: 9 method:

Emphysema vocatur tumor flatuosus, quod subolescit ex cruditatibus defectu caloris naturalis.

Erysipelata capitis caeteris sunt periculosiora, quia si materia recedat ad meninges phrenitidem, sin ad musculos cervicis anginam inducit

Erysipelas suboriens in vulneribus, ulceribus, fracturis, dislocationibus plerumque lethalis, nisi ortum duxerit ab applicatione topicorum calidiorum.

Erysipelas si tendat ad suppurationem malum; hoc enim arguit praeter morem crassum esse humorem & su

periculum est ne partes solidiores corrumpantur. Si nudato osse artes adjacentes corripiantur erysipelate, malum hoc enim arguit scatere corpus acutis humoribus, nec generari potest caro ex tali sanguine.

Erysipelas capitis, faciei, aut colli postulat phlebotomiam ad praescindendam anginam & phrenitidem.

Erysipelas phlegmonodes in quacunque corporis parte sit requirit phlebotomiam; Caeteras vero partes occupante erysipelate vena non erit tundenda, tum quia sanguine misso residuum massae attenuatur & sic celerius in partem affectam irruit. tum quia fraenum bilis tolli non debet, tum quia auferendo tam laudabilem quam peccantem sanguinem aeger debilitatur.

Erysipelas capitis requirit apertionem basylicae appositionem hirudinum haemorrhoidumque, purgationem, diaetam tenuem, & revulsiones frictionumque, cucurbitulis vesicatorijs. Crurum vero emetica. Topica quod attinet narcotica non sunt tuta. Pinguia & oleosa non conveniunt quia facile inflammentur & poros obstruant. Sed imprimis refrigerantia & humectantia umbilicique veneris, equisetum centinodium &c. apponantur succi, item eorum aqua distillata cui paululum myrrhae infusum fuerit. Item Cerasorum infrigidans pulvis; item Sapo Venetus dissolutus in aqua fontana. Stercus taurinum coctum cum aceto adjectis floribus chamomeli & samoum ad consistentiam linimenti. Item Aq: sperm: ranarum ℥ iij ... Aceti rosacei ℥ ij, quibus infundatur myrrha & apponatur. Debent praeterea topica applicanda esse valde liquida, & apponi actu frigida, ac frequenter mutari nam cum incaluerint opus obsunt quam prosunt Et tam diu haec sunt continuanda donec aestus declinaverit & cutis recuperaverit genuinum colorem.

Ekchymosis ἐκχύμωμα etiamsi proprie accipiatur pro tumore oculorum, ubi sanguis tenuis resudat, atque in circumstantiam corneae tunicae effunditur, & sugillatio dicitur, sumitur tamen etiam interdum pro eo affectu qui in aliis corporis partibus generatur, idque tam ab externa causa puta contusione, quam interna, dum scilicet natura vi facultatis expultricis sanguinem inter cutem profundit. cuius rei exempla vide Sarti 2. l. 4. observatione 9. Gregorii Horstii p. 348 & seq:

Exercitium excitat calorem nativum, eumque quasi consopitum antea, ad actiones naturales incitat, quo authore deinde crudi humores, & pituitosi concoquuntur, item qui ad caput solum tendebant vapores, alio per universam cutem derivantur: nec non excrementa omnia, maxime quae sunt in habitu corporis egregie difflantur & discutiuntur, quorum excretio ad sanitatem tuendam summe est necessaria. Slenander p. 24

F.

Facies nutritivae facultatis operationem rectam vel depravatam potissimum prodit ut apparet in cachecticis & hydropicis quatenus in hac corporis parte propter carnis cutisque teneriorem substantiam noxa nutritionis prae caeteris observatur. ratione enim tenerioris substantiae alias nativo rubore perfunditur.

Fatuitas seu stupor mentis nihil aliud est quam discursus & ratiocinationis diminutio quae non a simplici tantum qualitate sed etiam ab aliena & impura permistione vaporum & exhalationum crassiorum cum spiritibus animalibus suam originem obtinet quod maxime ebriorum acta factaque saepius testantur.

Fastidium cibi in diarrhaea aut dysenteria fit tam propter consensum qui est inter ventriculum & intestina, quam quod totum corpus propter febrim & humorum perturbationem alimentum e ventriculo sugendum respuit.

Febrem omnem indicant pulsus magnitudo & calor praeternaturalis totius corporis.

Febris quotidiana habet paroxysmos longos ad 18 plus minus horas propter tardum motum materiae peccantis quae diutius haeret in mesenterio

unde græcis ἀμφημερινα hoc est utriusq; diei & noctis particeps vocatur repetitq; semp[er] circa vesperam, quo ipso differt à tertiana du:plici, cuius quælibet febris peculiare suum principium observat.

Febris continua lenta fit quatenus bilis exacerbatio per admistionem pituitæ remittitur.

Febrem continuam æstus febrilis continuo affligens indicat.

Febris malignitatem symptomatum consuetorum præsentia eorumq; vehementia satis confirmant. Imprimis id ipsum pulicares maculæ seu petechiæ primis diebusq; apparentes testantur scilicet non critice post materiæ peccantis coctionem sed symptomaticæ expulsæ malignitatis naturam exstimulantis indicio. Unde virium periculosa jactura malignam sanguineæ massæ putredinem innuit; idemq; urina flammea perturbata confirmat.

Febrium malignitas diversione facta Emplastro vesicatorio applicato utriq; carpo aliquando feliciter corrigitur; sic quo imitamur naturam venenosam materiam ad partes remotiores protrudentem, si huic operi sufficiat.

Febrium symptomata in principio leviora propter inchoatam tantum tunc temporis putredinem.

Febris maligna vulgo dicta Hungarica hyeme frequentius invadit quàm æstate, quia tunc intensius & diuturnius frigus cutis obstructione fuligines unà retinet & ad putrefactionem succorum internè collectorum inservit.

Febris putrida abit in hecticam propter curam perperâ adhibitam, dum scilicet empyrici neglecta debita methodo curationis statim ac ea confugiunt quæ motum materiæ morbificæ [illegible] adeoque paroxysmorum invasiones impediunt. quales sunt non præmissis universalibus potissimum diaphoretica, nimirum spiritus vini cum granis piperis pulvis cardui benedicti & similia; sunt & ea quæ externis motum caloris [illegible] nimirum pulsibus ac temporibus populeum cum telis aranearum addita vomicâ [illegible] appositum, &c non sine gravi virium jactura. [illegible] enim aliquando hectica excipit [illegible] propter materiam morbificam tenuioribus partibus resolutis magis impactam musculis [illegible] tenaciter febrili calore partes solidas occupante.

Febri Hecticæ constitutio calida sicca maxime obnoxia est.

Febricitantium tumores crurum vide tumores febricitantium.

[illegible]atus in ventriculo generatur aliquando propter

debilitatem caloris nativi & plerumque sequuntur cruditatem concoctionis.

Fluxus Hepaticus ab Hippocrate & Galeno improprie dictus dysenteria hepatica fit, ubi intestinis illaesis, propter iecoris imbecillitatem cruenta sed non decolorata fiunt dejectiones in cruore admixto, non tamen puri sanguinis haec enim fiunt a vena incisa, sed carnis loturam ut plurimum referentes quatenus iecur imbecillius sanguinem perfecte nondum elaboratum sibi non retinet, sed per meseraicas ad alvum transmittit, unde dejectiones ejusmodi similes aquae redduntur in qua nuper mactatae carnes animalium abluuntur. Dolor quidem dysentericorum hic abest, sed gravativo non raro corripiuntur propter hepatis imbecillitatem. Fit praeterea, non raro, frequenter urgens sitis ta propter absumptionem humidae substantiae vel pectu fluxionis praeter naturam quam quod etiam hepar ad intemperiem calidam inclinet, quod confirmatur urina subaurea tenui cum appetitu dejecto, nauseaque carnis. Affectus hic periculo non caret, minatur enim cachexiam hydropem, totius consumptionem &c.

Fluoris uterini albi causa duplex plerumque est. Altera uteri relaxatio ex intemperie frigida & humida: altera vero abundantia pituitae in

corporis navitu à venis potissimum ex imbecillitate stomachi contracta: Hic morous debilitat vires, & processu temporis putrescente humore fieri potest ut acrimonia sua exulceret uterum.

Frigiditas extremorum vide extremorum frigiditas.

Furor est insania sine febre cum quadam audacia [illegible] iniquitate, timore & mastitia sine dolore in quo [illegible] differt à melancholia tam primaria quam hypochondriaca. Utrum autem fit per [illegible] an per consensum colligitur ex ejusdem totali intermissione & reversione, nec non ejusdem per vices in paro[illegible] remissione; vide melancholica cogitationes.

Fungorum scaturigo in vulneribus Crany & meningum prodit ex putredine humorum. Hi autem semper subpullulant donec carne loco cerebri vel calli increscente vulnus cerebri tectum & obductum sit. [illegible] enim cerebro humores ejusdem affluunt qui teste Alexandro Aphrodisæo, ossis frigore condensati in fungi speciem concrescunt: qui in superiore parte ampliusculi, infra vero praetenues pro loci ratione praefiniuntur. Ad ejusmodi autem fungorum profligationem admovenda sunt remedia quibus specifica facultas insit absumendae carnis superfluae quaria [illegible] quae validius exsiccant & blandius afferunt & exedunt [illegible] est quod sequitur. ℞ Sabinae ʒij [illegible] pulverizentur simul & aspergatur vel pulvis [illegible] vel ℞ Hermodactylorum combustorum ʒß. fiat pulvis in eundem usum. Quod si ejusmodi [illegible] fungosa eo, ut saepe fit, incrementi veniat, ut ovi magnitudinem aequet, quam proxime ad radicem filo

serico liganda est, & constringenda arctius: cum autem
vi constrictionis deciderit, commemoratu pulvisculo
est aspergenda. Sic enim certius quam acrioribus cau:
steretiis profligabitur. Paræus lib. 9. cap. 19

Febris diaria etsi cito finiatur, non venit tamen adnu:
meranda morbis acutis, quoniam celeritati non ha:
bet adjunctam magnitudinem.

Febris synochus fit cum sanguis ab inflammatis spiri:
tibus ob causæ magnitudinem, aut passionis diutur:
nitatem vel tantum efferveſcit, vel putrescit. Sunt
enim huius duæ differentiæ, una à sanguine inflam
mato altera à putrefacto ut docet Gal: c. 2. & 4.
9. method: utraque ab iisdem causis nascitur majoris
& minoris ratione tantum differentibus. Inter quas præ:
cipua est sanguinis copia, cum venarum obstructione
vel cutis adstrictione, caloris difflationem prohiben:
te & vapores fuliginosos retinente. Cum enim ac:
cessionis remissio ferventium humorum transpiratu
servatur cute vehementer constipata necesse e
febrem in multos dies prorogari. ex c. 2. l. 9.
method:

Febris continuæ & intermittentes, sole situ inter se di:
stinguuntur, quod continua ex humoribus in vasis,
quæ sunt inter alas & inguina putrescentibus ac:
cendatur; intermittens vero ab excrementis in habi:
tum corporis depulsis oriatur ut docet Gal. in
lib. 2. De febribus. Nam quisquis ille humor fu:
erit primum in totius corporis parte aliqua colligi:
tur ventriculo, hepate, liene, mesenterio, ut Gal: mi:
nuit c. 51 ad Glauconem quem corruptum vis ex

pultrix tanquam alienum & noxium propellit partim in habitum corporis & carnem unde rigorem, frigus vel horrorem excitat, pro sua conditione; partim in interna viscera ventriculum & intestina, ut putat Fernelius, sicque per vomitum aut secessum eiminet; quibus in locis calorem alienum ex putredine concipit, cordique per venas communicat unde febris accenditur, quae tam diu perseverat, donec humor ille omnino à calore absumatur, vel per sudores aut aliter vacuetur. Quod si perfecte fiat integra sequetur febris intermissio: sin minus dubia, & in inflammatione tum empyreuma relinquitur. Causa ergo- tius ἀπυρεξίας vel intermissionis est si tantum post singulas accessiones excernatur quantum major putruerat ex c. 17. lib. 2. de febrib. Recrudescentis vero paroxysmi posita est in foco, in quem quam in minera novus humor denuo coacervatur ob relictum caloris & putredinis fomitem quem putrere incipientem natura non ferens à se depellit. tamdiuque perseverat paroxysmorum vicissitudo quam diu ipsa putredinis causa in parte febrem fovente residet. Pro cuius magnitudine ingens putredo, & vehemens excitatur paroxysmus. Cuius diuturnitatis triplex causa est naturae imbecillitas, humoris copia & crassities & meatuum densitas vel obstructio. Contra brevitatis causae sunt robur virium materiae paucitas & tenuitas cum corporis raritate ex cap. 16. lib. 2. de febri:

Febris Epiala adnumeratur quotidianis. Nascitur enim ex pituita vitrea, quae si nondum putreat, inexpugnabiles rigores sine febre excitat, si tota putruerit quod perrarum est, quotidianam febrem inducit, si ex parte tantum putrescat, parit epialam, in qua partes simul rigore, & febrili calore jactantur. Siquidem quae humoris

portio jam computruit, demisso in universum corpus calido vapore, febrem excitat: quae vero nondum experta est putredinem, suo frigore, rigorem concitat & febrilem calorem obscurat. authore Paulo c. 25. l. 2.

Iecorum [illegible] alia est continua, alia intermittens quibus communia sunt humor scilicet & intemperies cum tertianis circuitus. Hoc uno differunt autem illa per venas, in hac per nativum corporis amplitudinis humor deferatur. Estque una exquisita, quae usque suam naturam servat, cujusmodi est quae ex syncera bile nascitur aestate fervida in aetatis flore, & tempore sicci. Alia est spuria quae fit a bile mixta cum pituita, aut succo melancholico. Utriusque focum Gal. c. 5. lib. 2 ad Glauconem jecur constituit in quo bilis copiosissima gignitur, ob calidam intemperiem ejus: [illegible] supprimitur propter obstructionem.

Ficus est tumor tuber rotundus duriusculus & dolorificus, continens in se succum similem acinis ficuum qui exprimitur dum apertus est tumor materia autem est sanguis crassus commixtus pituita & humore aquoso. Vocatur autem ficus tam quia caule adhaeret parti affectae ut ficus arbori tam quia acinos ficuum in se videtur continere.

Facultatum imbecillitas a variam intemperie & calore nativo debilitato dependet

G

Gingivae fiunt potissimum sanguinolentae in scorbuto, quia earundem caro tenerior citius acre serum imbibit.

Gravitas corporis oritur propter sanguinem impurum in habitu musculoso non perfecte digestum. Vide Lassitudo spontanea.

Graviditatis falsa produci solet cum signis & accidentibus veram impraegnationem concomitantibus, nempe cum ob utriusque seminis cruditatem & imperfectionem, vel ob uteri intemperiem frigidam seminis spiritus perimentem, vel ob boni sanguinis defectum, & eius loco crudus humor affluat, facultas formatrix imperfecta vel praedicta generationis materiam non perfecte elaborat, sed in flatus vel aquas convertit, unde tunc venter intumescit, ceteraque impraegnationis indicia sequuntur.

Gravidae praesertim cacochymicae frequentibus stomachi subversionibus & fastidiis torquentur quia menstruis retentis peccans materia circa viscera ventris infimi fluctuat.

Gonorrhaeam virulentam efficit partium spermaticarum imbecillitas ex foedi concubitus veneno contracta.

vel facultatis expultricis proritatio. vel prostatæ
inflammatio. cum mala diathesi & imbecillitate con:
juncta, quâ quicquid humoris vel influit vel colligitur:
virulentum evadit & acquisitâ ex putredine acrimo:
niâ partes obscænas intus exulcerat quem fluorem
si præter rationem supprimi contigerit vel testes in:
tumescunt, vel intus fit abscessus, vel lues in totum
corpus diffunditur.

Guaiacum vide Lignum sanctum.

Gangrænæ ea adhibenda. quæ fluxionem ad partem af:
fectam inhibent, materiamque congestam evacuent
atque parti affectæ quantum possibile succurrant.

H

Habitus gracilis & capillamentum nigrum dispositionem corporis calidam siccam arguunt.

Haemorrhagia narium symptomatica in febribus fit propter materiae peccantis acrimoniam & vires maxime deficit ac proinde periculosa quia non fit motione critica.

Haemorrhoidum fluxus ac proprie loquendo quivis est praeternaturalis, quatenus fit a natura contra a praeternaturali copia collecta sanguinis [illegible] perfecti licet non necessarium sit in respectu [illegible] via consideratione quando nunc vel illum nominem consideramus eiusmodi fluxum convenientem dicimus [illegible] quatenus causas morbi[illegible] nas avertit a generatione gravium symptomatum [illegible] praeservat. Et quis non videt hoc fluxum ex accidenti tantum [illegible] naturam esse cum nec perpetuum sit nec immediate functionem quandam [illegible] naturam constituat.

Hemicrania quaedam species est qua in profundo capitis iuxta alterutrum latus dolor vel intervalla sentitur non admodum exquisitus [illegible] ut pote non meninges seu membranas cerebrum tegentes exquisito sensu praedi-

tas affligens sed potius circa finis sanguinem & spiritus vehentes superfluâ seri serosi materiâ latitante, potissimum tempore matutino & vesperi ante cœnam, quod tunc temporis tertiæ concoctionis excrementis segregatis latens materia quasi evolute commoveri soleat, sicut etiam plenos die ac potu potissimumque vino generoso caput petente fieri consuevit.

Hepar & cætera sanguificationis viscera causa fluxionum quatenus propter vehementem attractionem ob calidam siccam naturam ante tempus excussa humiditas cruda adhuc a ventriculo trahitur, quæ postea quatenus vitium primæ concoctionis in secunda non corrigitur, in massa sanguinis venosi & arteriosi remanet & adjuvante constitutione in capite [illegible] alias naturâ suâ tendit tanquam receptaculo proprio colligitur, unde intemperiem cerebri auget humidam, præsertim si externæ causæ concurrant, ut sunt evacuationum consuetarum retentiones ventus austrinus diæta humectans crapula &c.

Hepatis dolor proprie gravativus est, nisi per consensum partibus vicinis affectis punctorius & tensivus fiat.

Hepatis obstructiones inveteratæ curatu difficiles in earundem itaqz curatione longiori tempore magnaqz diligentia opus est, ne tumor hepatis scirrhosus hydrops, febris lenta consumens, vel alvi fluxus hepaticus subsequatur.

Hydrops febri succedens facilius curatur quam qui primario inducitur, vide morbus modo.

Hyeme dissipatio excrementitiorum humorum difficilius peragitur, corporisqz pori magis obturantur quam æstate.

Hypochondriaci cur alvi obstructione obnoxii vide alvus dura.

Hystericæ affectiones illæ sunt graviores quæ fiunt ex seminariorum vasorum obstructione.

Hystericæ in uteri suffocatione subito concidunt nervorum origine affecta propter venenatas exhalationes singulari proprietate ipsummet afficientibus. Dolores abdominis fiunt propter uteri motum depravatum quo natura novam excitata materiæ corruptæ pellere conatur. Intercepta respiratione suffocari videntur non quod ipse uterus sursum feratur, sed quia pravi halitus ad cerebrum elevati spiritum animalium liberum aditum ad organa respirationis præpediunt.

Humiditates aqueæ sunt distillationes magis habentes novissimum.

Hispidula herba est alias pes cati dicta cum adstrictionem habens, & inserviens consolidationi in pulmonum exulceratione; unde Syrupus de Hispidula Renodæi ad affectus pectorales plurimum commendatur. vide Renod. pag. 647. Nominatur hæc herba præterea gnaphalium, pilosella rotonaria, ælutopus, seu pes cati

Hydrophobiæ iam in principio optime occurritur, quo malignitas morsu venenato inducta funditus extirpetur, & ne serpat interius antidotis appropriatis prohibeatur. Externis itaque abluio vulnere hoc decocto mundificante & extrahente quod ℞ theriacæ veteris ℥ij foliorum rutæ recentium M. j. syrupi acetos. citri ℥j cum hydromelitæ q. s. bulliant; apponatur mox cataplasma ex allio, sale, & terebinthina, coactum. Interius vero canis rabidi iecur coctum ad ℥ij in parvulas dissectum exhibeatur. Experientia teste, quod primis 24 horis post morsum nondum absolutis antidotum sit præstantissima. Postea prophylaxeos maioris gratia exhibeatur huius pulv. specifici a ℈j ad ℥ß ex hydromelite vel brodio eodemque hydromelite modico abluantur quotidie vulnera. ℞ fol. rutæ verbenæ salviæ minoris, plantaginis, polypodij, absynthij vulgaris, menthæ, artemisiæ, melissophylli

betonicæ, hyperici, centaurij minoris ana q. s.
Legantur singula ubi sunt efficacissima, siccentur in umbra & fiat pulvis ubi opus est.

Hæreditarij morbi vide Morbi hæreditarij p. 73.

Hydrargyri vitiosa qualitas cerebri robur enervat, rheumatismis dentes & fauces fatigat, atque tumores coagmentat. Hinc Langius 1. Epist: 43. statuit aquas illas medicatas quæ Alpinis & Sabaudis βρογχοκήλην nec non scrophulas & strumas inducunt continuo earum potu hydrargyro scatere.

Hypochondriorum tensio in febribus continuis indicat viscerum inflammationem.

Hepar omnium viscerum frequentissime tentatur obstructionibus ob venarum angustiam, & succorum continuo permeantium crassitiem & cruditatem.

Hydropis summum periculum significat si is morbum calidum siccumque corpus, ac simile iecur prehenderit; si durum jecinoris vel lienis secutus est tumorem; si tussim sicca male habeat; si denique crebra sanguinis e naribus eruptio fluxio, quæ ægrum non levet, aut sequatur; si post crebrarum [illegible]ium evacuationem ventris aliarumque partium tumores subsidentes paulo post etiam frequentius increscant; si excreta aqua flava putredinem atque [illegible] indubitato corrupti interni visceris alicuius argumento. [illegible] [illegible] omnium si quis [illegible] atque hydropi sese [illegible] obnoxius fuerit medicationis [illegible] [illegible]escentiæ spem omnem una quoque præcisam esse statuendum est.

Hydropicus tussis superveniens mala, teste Hippo: aphor. 35. l. 6. si scilicet fiat ab aucto morbo & aquae ratione, quae jam pulmonum asperas arterias occupat. Nam si aliunde fiat non admodum est pertimescenda.

Hydropicorum recidivae post evacuatas aquas vel missione vel vesicatoriis vel medicamentis [illegible] atque plerumque sunt lethales. oriuntur enim ob [illegible] viscerum concoctioni [illegible] quae ita depravata ut materiam alimentariam in [illegible] convertere nequeant. vide Schenck. lib. 3. observat. medicinal. p. 174 & 120.

Hydropicis exhibentur commendes a [illegible] [illegible] cap. 44 lib. 1 method. medendi [illegible] [illegible] capiunt & [illegible] non [illegible] ut [illegible] [illegible] contra [illegible] & [illegible] tem [illegible] modo [illegible] unam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] omnia in [illegible] [illegible] [illegible] Sacchari [illegible] violati [illegible] [illegible] aut tragacanthi [illegible] [illegible] est [illegible] sumitur mane sed [illegible] [illegible] ei [illegible] [illegible], vel [illegible] tepidum. Schenck. lib. 3. obs. med. p. 221.

Commendatur quoque [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vel aqua ex [illegible] destillata ante cibum, [illegible] [illegible] post cibum [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible]. Item [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible] de [illegible] lib. 3. obs. med. Schenckii p. 224. 225. & 226. [illegible] urinam [illegible] [illegible] purgant [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] & trochiscis de

[illegible] dosis a ʒj ad ʒij

I

Icterus etsi juxta Hippocratem ante septimum in febribus malum signum censeatur, quod plerumque fit tam brevi tempore [illegible] per cutem expellatur, adeo ut hoc signum sit naturae vincentis ob copiam materiae biliosae humoribus admixtae symptomatice evenientibus, non tamen hoc ita perpetuum est, quin interdum fieri possit, ut ope medicamentorum a natura saepius arte optimum materia peccans ad partes externas propellatur: et tunc fit cum remissione gravium symptomatum prius in eodem aegro conspectorum, vel invadit sine ullis noxae oblevationibus.

Iecur saepius scirrho vel apostemate laborans ab una parte nihilominus sana sua parte sanguificat.

Iliacus dolor acutus et gravis affectus est ita ut plerumque lethalis pronunciari soleat.

Imbecillitas omnium partium aliquando fit defectu influentiae spirituum animalium ut in hystericis aliquando vero defectu convenientis alimenti non restaurata corporis substantia ut in tabidis [illegible] cancrosis.

Inflammationes internae ipsiusque iecoris secundum Guilielmum Fabricium non raro transeunt in gangraenam: ut Amicus meminit cuius:

dam [illegible] [illegible] ex variorum de:
functi cui hepar [illegible] erat.

Intestinorum crassiorum exulcerationem producunt
tormina ventris leviora statim ante excretionem,
tenuiorum vero dolores acutissimi. Nec sto:
machus tam facile trahitur in consensum ex
coriatione crassiorum intestinorum quam te:
nuiorum vel omnium. unde hic appetitus fre:
quentius dejectus est quam illis.

Infans in utero materno ad sui nutritionem semper quidem
ab initio optimum sanguinem attrahit; sed in
posterioribus mensibus ille sufficere non potest
quin imo ex deficientia boni sanguinis & necessi:
tate nutritionis attrahit etiam una crudum &
impurum sanguinem (qui naris variolis & mor:
billis depuratur) qui etiam magis apud gravidas
copiosior reperitur cum nimium concoctio earum
sit valde debilitata & naturalis calor organis
concoctionis aliqua ex parte subtrahatur ob aug:
mentum & accretionem Embryonis in utero ma:
terno viventis.

Juguli inflammatio fixa, citam mortem adferre so:
let. nisi per hæmorrhagiam affectus solvatur.

Icterus symptomaticus quem morbi motus ante tempus
hepatis inflammatio [illegible], aut venenum introducit
lethalis est in ægris morbo acuto alias laboran:
tibus, faeces illis sunt albæ aut cineritiæ una
earundem tinctura, bili videlicet, una cum sanguine
in habitum corporis distribuitur.

Ignis aëris malitiam corrigit. humiditatem absumit, q̃ sunt frigida temperat, meatus relaxat, & sudores elicit.

L

Lactis generationi non prius sed superabundans tantummodo sanguis à natura inservitur [illegible] pore cum partium omnium nutritio [illegible] generatione [illegible] conservationem [illegible] sit; hinc fit ut puerperis mammae flaccescant post [illegible] sanguinis jacturam factam in puerperio, ita ut in ejusmodi casu lac generare nequeant, nisi convenienti diaeta [illegible] defectus restitutus sit.

Lassitudines spontaneas Galenus de Opt: secta ad [illegible] [illegible] morbi nuncium vocat quia [illegible] superflue materiae conjunctionem.

Lassitudo spontanea oritur a facultate gravata ob materiae peccantis copiam, & à spiritibus [illegible] ob exhalationes putridas [illegible] [illegible] item à sanguinis cruditate nec satis elaborato unde musculosus habitus optimo [illegible] convenienti sanguine destitutus ad operationes [illegible] peragendas segnior fit.

[illegible] spontanea cachecticorum fit ob sanguinem crudum & phlegmaticum in habitu [illegible] receptum liberum ac perennem [illegible] animalium cursum ac recursum impedientem.

[illegible] quomodo [illegible] Apoplexia vide Apoplecticum.

L

Lienis imbecillitas causat in nobis copiosam collec-
tionem sanguinis serosi.

Lien calida & sicca intemperie laborans promptis-
sime serum crudius attrahit, & genitis ob-
structionibus sanguinem venosum scorbutico
tartaro replet unde artuum gravitas, pecto-
ris angustia, gingivarum sanguinolentia, la-
biorum situra & scorbuti symptomata.

Lienteria est alvi fluxus quo reiiciuntur assum-
pta ea forma qua fuerunt ingesta.

Linguae inflammatio, scabrities atque nigredo in febri-
bus malignis fit ab halitibus scorbuticis fau-
ces & linguam adurentibus, ipsiusque nativam
humiditatem absumentibus, & propter acres flu-
xiones a capite vitiosam excrementorum ibidem
coaguntur[illegible] quae omnia causantur a visce-
rum [illegible]

Lumborum dolor gravativus in febribus continuis
[illegible] oritur a copia sanguinis in-
[illegible] putrescentis in magnis vasorum dua-
[illegible]ationibus.

Lipothymia ab oppressione facultatis vitalis in ple-
thorica materia peccante ad partes principes ir-
ente [illegible] habitum statim solvere expedit
[illegible] anxietas.

Levamina in morborum acutorum akme sine signis concoctionis præcedentibus, arguunt naturam victam atque oppressam recollectione spirituum aliquantulum resurgere sed cum morbo sit imparfatiscere, ac proinde mortem in proximo esse demonstrant: seu materia per illam levationem ad nobiles partes transferatur, seu etiam effœta vitali facultate tandem in ultima pugna natura succumbere cogatur.

Lignum sanctum inter ea quæ movent sudorem, primas partes obtinet quod partim suo calore & siccitate, partim substantiæ tenuitate, calorem innatum excitat, cutis meatus aperit, humores attenuat & per sudores digerit, propterea virulentam materiam absorbet, & corpus desiccat: id autem pro naturæ, ætatis & temporis conditione modo levius, modo perfectius, majore aut minore aquæ quantitate percoquitur, ut mitius agat aut valentius.

Luna ut mensibus præest, sic mulierum menstrua suo tempore sollicitat, epilepsiam movet, stirpes fructusque adauget, animantia saginat, humores concitat, humectando putrefacit, & sub dio dormientibus capitis gravitatem adfert. Cum autem quadrifariam natu situ mutetur, prout ad solem accedit aut recedit, varias quoque in aëre, & morbis acutis mutationes concitat, interlunio, & plenilunio vehementiores: illic quidem, quia radiis solaribus respectu nostri non illustrata magis refrigerat, hic vero quia lumen multuatitium in terras refundens calidior evadit ut licet

colligere ex Arist: cap. 4. lib. 2. de gratiae animal.
& Aphrod: problem. 84. lib. 1. timores autem ex-
citat, cum media apparet, obscuras cum falcata vide-
tur.

Lues venerea vide Tophi venerei. item Bubo venereus.

Ligaturae nimia compressio, facit dolorem, inflammationem
ac interdum extremis membri partibus interitum adfert,
in mollibus praesertim & invecillis corporibus, atque exqui-
situm sensum habentibus (nam duriora & robustiora ve-
hementiores & magis comprimentes ferunt deligatio-
nes) ita laxior fasciarum obvolutio in fracturis pe-
rissimum & laxationibus, membra distorquere permittit.
Cognosces autem compressionis modum cum ex responsio-
ne aegrotantis, quem dum deligatur interrogare juvet
Hipp. tum etiam ex membri deligati extremitatis tumore,
qui si postridie mollis & parvus fuerit, justam a fascia-
compressionem arguet; si durus nimiam; si nullus justo
minorem.

Labiorum fissura causa proxima est siccitas, solvitur
enim eorum continuitas a nimia siccitate & tensione.
Siccitatem autem hanc inducunt vel causae externae
frigus scilicet & calor; vel internae, vapores a-
cidi & simul salsi & acres per oesophagum vel aspe-
ram arteriam ex partibus inferioribus ascendentes.
vel humores a capite ad labia distillantes. Vapo-
res autem illi nunc ex ventriculo, nunc ex intestinis,
nunc ex pulmonibus, nunc ex hepate & venis,
nunc ex corde ascendunt, imo & ex utero. Et so-
lent ista ex vaporibus labiorum praecipue in-
ferioris, fissura feminis salacioribus ob uteri
siccitatem esse familiaris. Sen: lib. 2. part. 1. c. 2.

Lumbrici fiunt ex putri materia pituitosa cui originem
vitam, alimentumque debere creduntur.

Lachrimae sine causa vel quod ab acribus vaporibus o-
culi patiantur, vel ob aqueam humiditatem quae
ad ebullitione sanguinis colligitur ut in vario-
lis. vel propter resolutionem humidi nativi ce-
rebri ut in illis qui in morbi fatiscunt.

M

Maculæ scorbuticorum fiunt ab ebullitione sanguinis corrupti.

Melancholici frequenter Epilepsia & Epileptici Melancholia corripiuntur Hip. 6. Epidem. Melancholici enim fiunt Epileptici cum noxia evaporatione antea per cerebri substantiam & spiritus dispersa melancholicas cogitationes producentes, jam ipsum nervorum principium stimulant quod dum in se contrahitur & angustatur ut id quod noxium est expellat, convulsiones excitat cum sensuum internorum & externorum abolitione. Contra vero Epileptici fiunt melancholici cum diuturna Epilepsia causa hæc cerebri substantiam & spiritus gravat.

Melancholicos Epilepticosq; curanti Medico distinguendum est inter causam remotam morbum foventem, & proximam propeq; agentem. Hæc enim in ipso paroxysmo agendi sit indicat, nempe malignitas cæteraq; symptomata coercenda. Illa vero extra paroxysmum respicienda venit scilicet evacuatione convenienti, ut ita fomes & succorum peccantium qualitatum tollatur.

Melancholiam hypochondriacam statuit fermentationem sine febre, cum tristitia, metu & odio hominum, eam fovet partium diversarum dyscrasia, ut intemperies cerebri calida unde inquietudo

& pervigilia: Jecur calidius, Lien imbecillior & ventriculi frigida humida constitutio, quam ob cau jam in venis meseraicis & splenetius succus cru dior ex imbecillitate primæ concoctionis relictus vi calidioris jecoris cito nimis attractus, nec propter lienis imbecillitatem a sanguificatione jecoris aversus, colligitur, aduritur, & in chylo miscetur, ividemq; continuatas obstructiones generat. Hinc ibidem coërcita & effervescens materia facit ut flatus & tensiones hypochondriorum, Diaphragmatis compressiones, cordis palpitationes, imminentes quasi suffocationes, & propter animalium infectionem cogitationum perturbationes cum tristitia & metu non raro progenerentur.

Melancholicis cogitationibus aliquando utenemus dum evaporationes adusti sanguinis cerebro communicantur, & ad spirituum animalium infectionem & obtenebrationem inserviunt, quæ dum diutius durant quendam ardorem in cerebro producunt spiritusq; ferocientes reddunt. ac ... furorem causant. Qui si non diu durat ... cerebrum non per ... afficitur. Mens autem illi errat propter læsam imaginationis operationem ob spirituum non convenientem perturbationem: Sensus stupent propter denegatum influxum spirituum animalium: Caligant oculi ipsis nervis opticis defectum ... ...

rus primò sentiemus: Patent quatenus spiritus & sanguis intrò recurrunt imminente quasi suffocatione quam spiritus difficilis iniuit, pectoris musculis ob actionem facultatis animalis difficulter agentibus: Et ventris tormentus flatulentia propter hypochondriorum tensionem & materiæ peccantis efferuescentiam

Mense Martio humores ebulliunt in corporibus nostris & efferuescunt.

Menstrua in febribus erumpunt aliquando symptomaticè stimulata scilicet naturâ vi & copiâ materiæ morbificæ.

Menses quibusdam difficulter fluunt, quia superfluum eorum alio dispersum est; alijs verò propter sanguinem crudum pituitosum vel melancholicum venosum genus obstruentem ac refrigerantem.

Mensibus præter naturam suppressis malorum Iliada emergere possunt, & rursus ex nimia illorum euacuatione non minora oriuntur mala.

Mensium superfluorum causa non rarò existit sanguis acrior sero copioso crudoque plurimum dilutus & uteri substantia laxa nimis, atque proinde ad retentionem admodum inepta.

Morbus chronicus fit ratione causæ antecedentis a materiâ morbificâ pedetentim in ægrotantis corpore collectâ & in illis morbis circa magnas -

cœli mutationes ut sunt æquinoctia & solstitia sensibiles alterationes accidere solent.

Morbus contagiosus vide Contagium.

Morbus morbo superveniens gravior quidem pronunciari solet, quam ubi sponte sua corpus a præcedente morbo non debilitatum invadit: sed hoc axioma non est censendum universale, siquidem experientia constat dispositiones hydropicas post febres obortas non concomitari tantam viscerum concoctionis laedem, quam alias ubi per sese incipiant; ratio est quia origo talis affectionis non tam principaliter ab ipsis organis concoctionis quam a superflua peccante materia per imbecillitatem caloris collecta, nec justo modo per admota medicamenta separata, suum ortum ducit.

Morbus dicitur magnus in se quia magna & sæva adfert symptomata: Item magnus ratione renitentiæ quia nullis cedit remediis: Item magna comparatione instituta cum aliis prostratis. Malignus vero dicitur quia clam vitæ insidiatur, idq; non secundum primas qualitates aut manifestas, vel secundas, sed a tota substantia quasi veneno occulto procedente. Contagiosus absolute est qui multos cum ægris conversantes inficit; non absolute qui paucos eos scilicet qui dispositi sunt. Vide Contagium.

Motuum convulsivorum causa proxima aliquando consistit in malignis evaporationibus quæ vim motivam musculorum tendinum, atq; nervorum præter natu

iam ita affiuunt & irritant ut in ipsis membris primo pruriens & mobilis dolor appareat, quem postea particulares convulsiones excipiunt. Vide exhalationes malignæ. Aliquando vero à materia frigida vaporosa nulla penitus acredine prædita: sed hi fiunt sine notabili ægrotantium dolore, sed partium omnium tantum agitatione post finitum paroxysmum. Vide convulsivus motus.

Morbi vitæ sanctæ.

Morbi hæreditarii inde denominantur quod parentes sub ipso tempore generationis ipsorum morbis obnoxii fuerint & hac ratione per corruptum semen ipsis posteris eosdem communicaverint.

Morsus canis rabidi inde Hydrophobia q. v.

Mineralia in extirpando luis Venereæ fomite præstantissima, ut pote quæ vi sua specifica penetrant ad radicem corruptæ malignitatis, eamque in jecore, liene, totaque massa sanguinea proximus oppugnant: Eidem primatum obtinent in curanda malignitate ex fumis metallicis venenatis contracta; à nil valent præcipue mercurialia vide Houst: lib. 2. part. 2. p. 108.

Melancholici humores vespere ante cœnam potissimum ebullire solent, ac proinde melancholicorum symptomata frequentius exacerbantur tunc temporis.

Nervi heterodoxi & sparsim passimque hinc illinc vagantes illi dicuntur, qui in universum multos sed-

4

passim hunc vel illum invadunt. Galen. lib. 1 Epidem: com: 1. in principio. Vocantur hi mor: bi alias διαφοροι cum specie formaque diffe: rant & pluribus ex diversis causis, temporibus ijsdem vel diversis accidant, quemadmodum patet in Epilepsia, calculo, pleuritide, & alijs, quibus originem praebent causae particulares in hoc vel illo. potissimum ex prava victus ratione dis: pari provenientes.

Morbi vero communes dicuntur illi qui universim mul: tos invadunt, & vel certo tempore tantum in re: gione aliqua grassantur επιδημοι και επιδημιοι dicti, vel perpetuitate quadam certis locis re: gionum vel civitatum adsunt, & vocantur εν: δημοι και ενδημιοι. vide pag: 39. autem morbus communis redditur, adeoque plures simul invadit qui causam obtinet communem, quae vel in alimentis vel in aere praeter naturam consistit: tur; Vocaturque Endemius ubi cuidam regioni per: petuus & quasi proprius est, quatenus ob loci na: turam aer inquinatus, aut alimenta communia depravata sunt: Epidemius contra certo tantum tempore saevire solet & plerumque causam ex in: fluxu sydereum maligno obtinet, quo ambienti nos aeri qualitas noxia communicatur. Adeo plerumque propterea quod saepius per contagium quoque mor: bus fiat Epidemius ubi malignitas ab uno ad alterum in eadem civitate vel regione propagatur

Haereditarii morbi fiunt propter semen alienis morbosis tincturis inquinatum, ubi unâ cum productione partium principia morborum quoque propagantur quae fuerunt in typo generante, non quidem omnium sed eorum tantum qui fixas obtinent radices ut sunt morbi tartarei, calculus, arthritis, lepra & alii, quia morbi sulphurei & mercuriales, febres videlicet, inflammationes catarrhi & similes posteritati non facile communicantur, quod semina sua firmiter fixa non habeant. Non tamen calculosus semper calculosum generat &c. quia semina morbi, vel iam humanam anatomiam nondum perfecte occupatur vel quia seminum efflorescentiis radices morbi expugnantur, vel quia potestate naturalis balsami in utero peregrina morborum rudimenta superantur vel quia ad terminum sterilitatis morborum semina pervenerunt.

Membranae mediastini claviculis sunt adnexae, inde dolor circa claviculas iis quibus pulmones vel ex ulcere, vel peripneumonia suppurantur, quod nunc totus pulmo gravior factus mediastini membranas claviculis superius annexas deorsum trahat, & hoc modo dolorem excitet.

Medicinae nihil stabile inest nisi ex re nata mutare consilium & praesidia opere pretium est. Alias enim medicus industrius & gnarus, a sordido empirico parum aut nihil differret.

Morbi repentini omnes ab aliqua materia excitantur ex omnium medicorum sententia.

Morbus non est actio læsa. sed potius ad structuram partium pertinet. ita ut morbus instrumentum operationum accidat, & ad actiones impediendas immediate faciat. Greg: Horst: de morb: diffi: exercitatione 1. 9. 3.

N.

Nausea signum est superabundantis materiæ circa primam regionem; & redundantium cruditatum in vasis majoribus venosoque genere; aliquando vero cruditatis collectæ in ventriculo & mesenterio.

Nausea à carne potissimum jecoris inflammati signum est, aliquando tamen iecore obstructo fit quatenus suctio chyli deficit unde appetitus dejicitur nauseaque inducitur.

Nausea & vomitus nephriticorum fiunt per consensum ventriculi mediante peritonæo, à quo renes & ventriculus communem obtinent tunicam.

Nephriticorum dolor fixus & acutissimus circa locum affectum arguit quod calculus exitum sibi quærens per ureterem eum sensu exquisitissimo prædito in transitu lædit. Ventris vero tormina fiunt ob colicam conjunctam collectis scilicet plurimis cruditatibus in intestinis eandem producentibus.

Nephriticis potus conveniunt lenientia & emollientia quam calida diuretica, quia horum usus continuus propter inductionem cruditatum obstructiones auget & sua sui temporis neutralem constitutionem viscerum mutat, iisdemque nocumentum adfert torror eorundem resolvendo :—

Nervi cerebri vide 1339.

Nervorum omnium qui ex cerebro utrimque oriuntur, septem conjugationes numerantur, quae his versiculis comprehenduntur.

Optica prima, oculos movet altera, tertia gustat
Quartaque. Quinta audit. vaga sexta est. septima linguae.

1. Prima igitur conjugatio nervorum est opticorum, qui maximi omnium, & mollissimi ab interiore cerebri basi prognati in oculos per foramina rotunda sibi exsculpta, videndi spiritum devehentes, trajiciuntur, inque tunicam retiformem vitreo humori substratam degenerant. sed in progressu ambo invicem coeunt, ut concursu tum spirituum tum specierum exceptarum visio fiat perfectior. resque simplex gemina non deprehendatur.

2. Altera prima surdior per rimam orbitae in eos musculos divergitur, qui oculos movent & palpebras recludunt.

3. Tertia gemina est origine, cuius maior portio per oblongum foramen egressa in quatuor propagines discinditur: prima in temporalem musculum producitur. 2. in dentes & gingivas maxillae superioris; 3 in inferiorem. 4. maxima in linguae tunicam saporis judicem, minor vero per foramen rotundum, rimae subditum, in oculi sedem excurrit, ubi in quatuor dissecta propagines unam cuti frontis, alteram temporibus, tertiam faciei & pterygii quartam internis naribus impertit.

4 Quarta gracilis, per foramen tertii paris in palatum & tunicam oris subterjam decurrit.

5 Quinta binis nervis finitimis constituitur quorum maior in meatum auditorium decurrit. minor in crotaphitas & massateres musculos per foraminulum huic subditum solvitur.

6 Sexta omnium foecundissima ex multis radicibus mox ab exortu connexis conflata. perque foramen

maximum & inaequale egressa, distributis ali-
quot surculis in colli & laryngis musculos deor-
sum prolabitur, atque in tres ramos potissimum di-
viditur. Primus datis primum surculis pulmoni, cor-
di, circum arteriam, sinistram quidem magnam, dextram
vero axillarem, convolutus trochleae modo sursum ad
laryngem reflectitur, unde recurrens, graecis παλιν-
δρομῶν dicitur. Alter oesophagum in
stomachum defertur, qui stomachicus dici potest.
Tertius per costarum radices, unde costalis vocatur,
in partes omnes ventris inferiores fruticatur, quibus
sensum impertitur.

Septima ab extremo cerebro qua dorsalis medulla
incipit, aliquot surculis in unum coeuntibus enata
perque foramen proprium exiens in laryngis hyoidis,
& linguae musculos absumitur. Quibus duo processus
mamillares dicti, colore & forma nervis consimiles,
adiiciuntur, qui ab anteriore cerebri parte orti
& tenui meninge tantum involuti, ad foramina ossis
ethmoidis immissi porriguntur, ut per narium ductus
hausto cum spiritu rerum odores comprehenderent.

Nervorum propagines a cerebro ortas definivimus. Reliqui
ex spinali medulla tanquam e caudice nervi, sensus
motusque gratia in omnes artus propagantur ex verte-
brarum intersitiis, per foramen commune exeuntes,
adeo ut triginta paribus fere comprehendantur.

Nephriticos duo haec symptomata infestare solent, stupor in
crure κατ' ἴξιν e directo renis affecti & vomitus. Stu-
poris causam dum quaero agnosco, prima sit compressio
musculi psoas dicti cui renes ambo incubant, at hunc
musculum cruri extendendo dicatum esse, & in cruris interiores

rem partem inseri, notant anatomici omnes. Altera est
compressio nervi qui in eius musculos omnes expanditur
Fit autem compressio a duritie & pondere calculi: nam in-
cipiens lapillus stuporem non parit. Cur autem in ne-
phritide tanta sit ventriculi subversio & anatrope ut
omnem fastidiant cibum & iniectum statim evomant an-
sa est renum & ventriculi sympathia. Sympathiae huius
quae simplex est causa, non ad viciniam referenda: di-
stant enim aliquantulum renes a ventriculo: Non ad ge-
neris similitudinem quia ventriculus membranosus renes car-
nosi: Non ad societatem operis. in unum siquidem idemque
non conspirant opus Ergo ad communionem & continui-
tatem vasorum ac membranarum. Nervuli a stomacho
ad renem feruntur, & exterior tunica renes investiens
quam fasciam vulgo vocant a peritonaeo oboriundum.
quem ventriculo fundo continuari notant omnes. Laur.
l. 1. Anatom. quaest. 30.

O.

Obmutescentia & ἀναισθησία in vulneribus capitis fit propter cerebri læsionem spirituum animalium motu impedito. calore quasi versus principium suum revocato. vide aphorisma pagina 9.

Obstructiones viscerum possunt esse causa sterilitatis in mulieribus quatenus sanguis non rite elaboratus ... spiritibus vivificus & sic communicatus utero ineptus est ad coagulationem & conceptionem.

Obstructiones mesaraici vide ejulationes putridas.

Oculi vagabundi huc illuc nutant in quibusdam qui veneris habenas remissius tractant, & affectu ... diutius cruciantur.

Oculorum inflammationibus maxime conflictantur qui constitutionem cerebri habent calidam humidam.

Oculi nubecula seu suffusio fit quando circa pupillam in humore albugineo crassities aliqua sese offert & visus operationem impedit. quod non raro contingit ... post curatas variolas, macula conspicua ante iridem cum inflammatione vicinarum partium. diutius videlicet ibidem sanguine seroso collecto, cujus incrassatione, propter interiorem calidam partiumque tenuiorumque absumptis, albuginei humoris pelluciditas etiam obtunditur. Curatur ... sectione postremum seu transfixa fuerit.

Obstructionis causa duplex crassus & viscidus humor & sanguinis abundantia, quae victum liberaliorem otium, vel solemnium vacuationum suppressionem consequitur.

Oscitatio est vehemens oris diductio in multifariis vaporibus in spaciis maxillae inferioris, & buccarum collectis, vel ingenti ascendente ore & copia potius quam acrimonia naturam ad excretionem stimulantibus operantibus simul, & concurrentibus musculis thoracis unde pandiculationes saepissime comites. Sennertus pract: med: lib. 2. part. 1. c. 3

Oscitatio in nixu letalis est, sicut sternutasse in coitu abortivum lib. 4. Noct: Attic: c. 16. Gellius.

Oris tortura à spasmo cynico differt. Fit enim vel à paralysi vel à convulsione. Convulsio vel unum tantum latus occupat, vel utrumque. Si unum tantum convulsio oris simpliciter, vel etiam nomine generali tortura oris appellatur: Si utrumque proprie spasmus Cynicus dicitur. Haec enim convulsio exacte irati canis rictum exprimit: non vero quales convulsio oris rictum iratorum canum exprimunt. Unde etiam vocatur risus Sardonius. At ridentes non unum tantum latus diducunt, sed utrumque. Quae vero à paralysi provenit oris tortura spasmus cynicus appellari non potest, cum paralysi opposita sit ipse convulsio. Usus tamen obtinuit ut vocabulum spasmi non semper tam proprie accipiatur, sed saepe oris tortura & spasmus cynicus confundantur. Sennert: lib. c. 8.

P

Palpitatio cordis vide cordis palpitatio

Paralysis propria sic dicta fit affectio nervorum principio cum totali sensus motusque privatione ob denegatum spiritus animalis per nervos influxum. Spuria vero fit à materia morbifica & mucilaginosa per putrefactionem resoluta attenuata & sanguini communicata cum quo postea vi facultatis expultricis ad partes ignobiliores & remotiores expulsa ortum nervorum & musculorum imbecillitatem, & sensim magis magisque collecta & imbibita sensus motusque privationem introducit non quidem totaliter, sed cum dolore & difficultate acrimonia illius sensiles partes afficiente & haec paralysis nihil aliud est quam effeta & debilis constitutio musculorum manuum pedumque qui respectu substantiae nervosae à membranosae a materia affluente p. n. afficiuntur, ita ut sensum & motum exacte praestare nequeant.

Paralysis spuria fit quia musculi tendines & reliqua organa motui destinata pro receptione spiritus animalis justo modo constituta non sint.

Paralysis linguae in senibus saepe contingit propter catarrhum ad linguae nervos sparsos in radice insertos decumbentem.

F.

Partes motui destinatæ majorem spirituum influxum requirunt, quàm organa sensuum, unde videmus partem eandem iisdem etiam nervis præditam, sensu absq; motu sæpius remanere posse. cuius contrarium non accidit. nisi nervus sit alius qui motum, alius qui sensum communicet quod in oculorum fabrica manifestum est.

Paralysis aliquando alterutrius lateris adest ad imminente Apoplexia quàm natura robustior adhuc a parte principe ad minus principem materiam peccantem propellens, producit.

Peripneumonia est pulmonis inflammatio cum tussi vafida, febre acutâ, difficultate respirandi, & si magna, cum sanguinis rejectatione. Hoc malum habet plus periculi quam doloris juxta [illegible] c. 7. lib. 4.

Pedum tumor à febribus fit propter concoctricis debilitatem, quæ alimenta assumpta imperfecte concoquit.

Phrenitis ab inflammatione cerebri & membranarū ob spiritus incalescentes ortum ducit; Hæc autem si causam habet externam puta vini ingurgitationem facilius curatur, quia eiusdem evaporationes citius discutiuntur, quam si fiat a causa interius latente ut in puerperis non rite repurgatis, quæ dum colluviem sanguinis vitiosi coacervatam intus retinent vaporesq; inde caput petentes phrenitidem inducunt, plus negotii faciu[nt]

sunt ipsi ægræ & medico. *

Phthisis vide Pulmonum exulceratio.

[illegible]iores [illegible] præ cæteris humores adurunt & me:
lancholicum succum acervant. *

Pinguia reddunt ulcera sordida si profunda fuerint.

Pili tertiæ concoctionis excrementa sunt ex fuca scilicet
& vaporosa materia, tali tamen quæ soliditate
pingui quadam sit prædita.

Pituitam salsam in cerebro fieri ob putredinem aut
serosæ humiditatis admixtionem affirmat Galenus.

Pleuritidem producere æque potest frigus compingendo
humores ac calor eosdem colliquando accedente
simul plethorica corporis dispositione.

Punctorius dolor membranosis inflammationibus pro:
prius.

Polypus est excrescentia carnea narium ex superabun:
dante viscido sanguine, cuius exulceratio satis
periculosa tam loci ratione, quatenus ibidem
ob continuum affluxum consolidatio difficilis quam
etiam quod non raro aliquid cancrosæ naturæ
possideat præcipue in illis qui saltatem impu:
ritatibus sanguinis massam habent contamina:
tam. Non exulceratus polypus præter impedimentum
respirationi per nares incremento sic frequenter
per annos plurimos absque ulla insigni læsione
gestari potest nisi propria mutatione incrementi
incrementum suum habere consuevit.

Pulmonum exulceratio lethalis statuitur quod experien:
tia teste verum esse patet tum temporis, ubi
phthisis ex continuis acribus fluxionibus acce:
dente plerumque hæreditaria vel etiam accidentia
pulmonum imbecillitate suam originem ducit.
Quanquam Fernel: sacri: cent: 5 obs: 38.
exemplum proponit huius etiam phthisicos sene:
ctio setacei perfecte curatæ. Alia vero ratio
est illius tabis quæ fit ab ulcere pulmonum
quod à vulnere ortum duxit præsertim in
dispositione corporis robustiori iuvante simul
purulentæ materiæ per vulnus excretione quo:
tidiana.

Pulsus velox est in pleuritide quia motus extensio:
nis seu diastole non sufficit eventilationi.

Pulsus in diastole seu extensione æquo maior est
propter indigentiam maioris refrigerationis atque
copiâ fuliginum, quod aliàs compressione auget.

Pulsus exilis est propter corporis teneram constitutionem
& arteriarum parvitatem.

Pulsus fit celer propter usum aliorum, ob vitalis facul:
tatis debilitatem & oppressionem. Item quia
propter fervorem febrilem cor majore refrige:
ratione indiget; Calor enim cordis auctior re:
quirit maiorem eventilationem.

Pulsus inæqualitas febrium maxime proprium.

Pulsus raritas ac tarditas fit propter peccantes humores

immobilitatem ac tarditatem.

Pulsus quo ad distensionem tardior quo ad contractionem velocior fit quatenus virtus vitalis fuligines maximo conatu pellit, & in extensione propter materiam peccantem gravatur.

Pulsus parvus frequentior fit propter exhaustionis cerebri nocivam, durus vero propter arteriarum constitutionem siccam.

Pruritus totius corporis cum exanthematibus rubris & albicantibus materiam biliosam & effervescentem innuit.

Purulentae dejectiones vide Absces sus internus.

Pueri strumis, aliisque eruptionibus plurimum sunt obnoxii quia omnia caeteris natura quod heterogeneum est ab homogeneo separantis indicium praebent, quatenus hac aetate natura robustior mali humorum copiam cum sanguine collectam vel per acrimoniam vel pondere stimulatam eruptiones sub auris, ac inguina ad aures, & in musculorum spatiis sine febre producit.

Passionibus animi cum omnia usque deque commoveantur praecipue in earum exacerbationibus nihil pejus [illegible]antibus accidere potest *

Pustulae venereae circa frontem erumpentes sunt rubrae elevatae, siccaeque crusta obductae.

Psora vide Scabies sicca pagina ab.

Pestis nihil aliud est quam febris peracuta, contagiosa & maligna, quâ corpora hominum subitò, fulminis instar non tantum in capite, corde, & hepate sed omnibus etiam membris potissimum verò brachijs & cruribus gravissimè corripiuntur, eorumque non paucaper brevi temporis intervallo perimuntur. Venenum hoc deleteria & malefica qualitate imbutum est quod licet ex quatuor elementorum concursu & mixturâ ortum sit, ac mediante äere de uno in alium transfundatur, interdum tamen intra nos ex ipsâ massâ sanguinea ebulliente nascitur, hominesque populatiter invadens äerem inficit.

Pernones fiunt ab ambiente frigiditate sanguinem congelante, qui postea sensim putrescens, ac praeter naturam incalescens, non modo pruritum ingentem efficit sed partem ipsam exulcerat.

Partus tarditatem aut festinationem multa variant, morbi, diarrhaeae, renum calculi dolores febres tusses, corporis gracilitas; infantis habitus, situs, moles, robur, errata denique omnia quae in sex rebus non naturalibus admitti possunt & solent. Ridiculi itaque sunt genethliaci qui ajunt locum Lunae in nativitate eundem esse qui fuit in conceptione.

Pleuritidis species sunt variae. Alia enim est superiorum ossium quam superam vocant, occupante scilicet superiores ossium dolore, & sanguine per venam intercostalem affluente. Alia verò est pleuritis mediastini, seu septi recti & musculorum intercostalium, quam mediastinam vocant, quaeque fit per venam mammariam. Alia vero est pleuritis thoracica vocata, in qua dolor in basi scapulae adhaeret. quae fit per venam thoracicam quaeque est omnium pessima. Alia denique est inferiorum costarū

quam hypochondriacam aut inferam appellant, quod dolor ad hypochondria usque pertingat. Quae definitiones apprime notandae, quod tres priores plenitudinis species venae sectionem desiderent non tantum ad revulsionem, sed etiam ad materiae jam fluxae h. e. sanguinis jam collecti extractionem & ablationem, quae causa morbi conjuncta est: At contra in hypochondriaca sanguinis eductio fieri non debet praeterquam ad causae antecedentis revulsionem. Citius enim alioqui totus sanguis exhauriatur, quam materia conjuncta detrahatur. Quercet: lib: Hermet: Med: Def: cap. 5o. pag. 49.

Putrescit quicquid tangitur a putrido, ac proinde in cura vulnerum summo studio separanda veniunt caro putredine inquinata a sana ne partes vicinas corrumpat.

Putredinis causa est humiditas non regulata a calore naturali: cum enim natura potest debita concoctione partim assimilare partim separare succum bonum & corruptum in ulceribus & vulneribus putredo non est pertimescenda.

Phreneticis omnibus, qui vires robustas habent & multum ad principium, sanguinis detractio adhibenda est tanquam primum omnium & maximum futurum praesidium. Sin autem repugnet aeger, quod saepe accidit ut non sit brachium permittere medico, omnino conandum tandem est ex recta in fronte vena sanguinis missionem moliri. Fiet autem id recte si collum artificiose fascia lanea constringas ut vas attollatur. Ita namque si feceris

sanguis statim vena secta citra impedimentum cum spiritu erumpet. Trallianus lib. 1. c. ix.

Pruritus totius corporis senibus maxime contingit ex aphor: ult: lib 3. tum propter virtutis expultricis imbecillitatem, tum propter habitus totius refrigerationem & coarctationem. in quibus nunquam ex toto consanescit propter easdem causas.

Pulsus inaequalitas indicat putredinem ac proinde febribus ephemera correptis pulsus quidem celer est & frequens propter usum ancrum sed citra inaequalitatem.

Phlebotomia plethoram minuit, oppressam levat naturam corpus totum refrigerat, obstructionem ex opilatione liberat. ideoque arcet putredinem aut factam eximit. tantum vero sanguinis mittendum quantum plethora suadet & vires tollerant.

Pathemata animi habent imperium in spiritus & humores morborum parentes, & subitaneo metu in animo parum firmo nihil potentius ad concutiendam mentem & rationem a propria sede dimovendam.

Phlyctaenam oedematis species est pustula alba acuminata continens in se humorem aquosum.

Paroxysmorum in tertianis, anticipatio signum est irritatae naturae: [illegible] [illegible] vehementia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in 1 aphor. 10.

R.

Raucedo aliquando fit à catarrho quem humida cerebri constitutio producit, dum eo vocalia instrumenta, potissimumque aspera arteria plus æquo irrigantur. Requiritur enim ejusdem arteriæ conveniens siccitas ad generationem vocis. Pro illa maxime confert lambitivum ex syrupo violaceo, de nispidula cum pulvere radicum aaronis & saccharo candi: in æquali quantitate permistis.

Respiratio difficilis hypochondriacorum fit vel compressione diaphragmatis ob evaporationes ascendentes, vel tensione & repletione partium adjacentium. Asthmaticorum vide Anhelatio. Item Anxietas pectoris.

Raucedo a duabus potissimum causis ortum ducit: Humor internam laryngis membranam irrigans qui vel è cerebro defluit, vel è pulmonibus ingruit: Et siccitas asperæ arteriæ, contracta ex clamore febre quæ vocis claritatem & clangorem habet conjunctam.

Rigores continui in febribus non intermittentibus vel etiam rigores frequentes in iisdem iisdem vindices [illegible] qui ad initium rigoris & expulsionem vocantur materiæ minime sufficientibus: tunc iterantur tam quod ipse rigor in tali casu sit symptomaticus

et malus sive excretio rigorem sequatur quæ in virium infirmitate laudabilis non est, sive frustra fiat ubi vires fractæ quassationem & insultum causæ morbificæ diu perferre nequeunt, quam quod naturam onere materiæ ejusdemque malignitate profligatam indicet.

Rigores ex dorso molestiores sunt tum quod spinalis medulla sua naturâ frigida, eo citius p. n. afficiatur & vehementiorem impressionem patiatur, propterea quod validior fit affectio frigoris in partibus frigidis quam calidis; tum quod causa (puta in febribus malignis) gravis sit & vehemens inflammatio siuiet spinalis medullæ, & membranarum ejus; tum quod ratione loci caput membrorum principale per communicationem maxime afficiatur; Rigores tamen illi cum fiunt cum subsequente laudabili crisi prosunt alias laborem morbi longitudinem recidivam aut etiam ipsam mortem præsagiunt, pro diversitate affectuum.

Ructus acidi cruditatem ventriculi indigitant.

Sanguis floridus & spumosus tussi leviori sine dolore qui excluditur est ille quem vasa pulmonum pro sui nutritione continent, plurimum cum arteriali sanguine conveniens qui motu pulmonum agitatus spumam contrahit. Contra qui à thorace difficilius excernitur & cum dolore propter membranosas ac nervosas ejusdē partes.

Sanguinis eruptiones secundum Gal. lib. 5. methodi c. 4. fiunt vel per anastomasin, vel per diapedesin, vel per rupturam quæ per anastomasin cæteris sunt minus periculosæ.

Sanguinea constitutio ut præ cæteris dum in ἀκμῇ floret ad temperatam maxime accedit, ita procedente tempore eadem nihilominus alteratur, adeoque sæpius in senili ætate morbos juvenum puta biliosos causare solet.

Sanguis alias melancholicus dictus revera crudus est, cum ex crudiori chyli parte, a sanguificatione jecoris aversâ, in ipso liene generetur.

Sanguis serosus copiose in nobis colligitur propter lienis imbecillitatem.

Sanguis cum sero ebullit in nobis vere & autumno.

Scorbutus Plinio c. 3. l. 25 dicitur stomacace propter rupturam oris, scelotyrbe vero propter-

crurum rupturam, quia per hoc malum gingivæ putrescunt, & crura maculis quibusdam sublividis inficiuntur, aliquando etiam ulcerantur. Huius mali Hip. lib. de internis affectionib. meminisse visus est ubi scribit plures morbos ipsius lienis. & inter illos tumorem lienis cum malo odore gingivarum, & carnes abscessu & in tibijs ulcera erumpunt.

Scorbuticam dispositionem intemperies calida hepatis auget, quia ob eam causam non tantum lien in operatione sua est imbecillior. & massam sanguineam scorbutica qualitate inficit sed etiam intemperies viscerum sanguificationis malum hoc auget, & symptomatum scorbuticorum generationem promovet.

Scorbuticorum maculæ crurum brachiorumque fiunt ex corrupto sero ebullitione à sanguine secreto & ad partes minus nobiles protruso.

Scorbutus dici potest Nothu quædam elephantiasis Causa huius mali est viscerum mala constitutio, præcipue lienis obstructi & tumidi, nec purgatur sanguis ab humore melancholico ideo per universum corpus diffunditur, & fit cachexia melancholica, cuius pars tenuior & acrior cerebrum petit. & ab eo ad gingivas & os defluens eas inficit, corrodit. & tumefacit; Pars vero

transmittitur ad partes infernas, & sugillationes facit & maculas sublividas in cruribus, aliquando magnas, aliquando parvas quasi exanthemata, ex quo arguitur luis malignitas. Hic morbus nisi à principio extirpetur gravis admodum esse solet, & longus, & malignus, & desinit in hydropem, tabem, nervorum impotentiam & procedente eo venter livet, maculæ delitescunt, quæ post mortem rursus visuntur in cute. Invadentis autem signa sunt lassitudo spontanea, crurum imbecillitas, gingivarum rubedo pruriginosa, color faciei subpallidus, tumor lienis, & ventris durities. In hoc morbo minimum bibere & plurimum mingere oportet; Et quod in hoc malo patienti Roderici a Fonseca plurimum profuit fuit terebinthina usus cuius bis in septimana sumebat hora matutina ℥ß *

Sarza parilla magis est appropriata quam lignum sanctum ad gummata venerea, & ossium infectionem.

Scorbuti symptomata à liene vide Lien *

Scotomia cum oculorum dolore fit quatenus per consensum ventriculi malum oritur, quæ affectiones anteriores partes citius quam posteriores dolore afficiunt; forte quod anterius cerebrum capacius & mollius ad evaporationes recipiendas, ibique heterogenearum excretionum emunctoria maxime

concurrant, circa glandulam pituitariam videli-
cet, unde etiam tenebricosa visio non obscurè
demonstratur, dum spiritus animales imbecillio-
res præter naturam ab iruentibus exhalationib:
crudis rotantur.

Senectus alia est incipiens, alia declinans, alia decre-
pita.

Serosa plenitudo debilitatis & gravitatis in habitu
musculoso, difficilis respirationis, palpitationis
cordis, anxietatis & similium symptomatum
causa non rarò existit.

Serum nostrum tempore brumali facillimè effervescit
tam propter externi frigoris constrictionem
eventilatione justa denegatâ, quam propter co-
piosiores exhalationes, præsertim in illis qui
constitutionem viscerum secundæ concoctionis
habent calidam siccam, serum evectas.

Sitis aliquando urget quatenus acriores fumi nervo-
sam orificii superioris substantiam ad appeti-
tum frigidi humidi stimulant.

Somnus secundum Gal: lib. 1. de motu musc: c. 4.
non est perfecta & omnimoda animalium
functionum cessatio, sed tantum vigoris quædam
intermissio.

Stertor apoplecticorum fit propter motricis facultatis im-
becillitatem, quæ thoracem [illegible] satis attollere

nequit, adjuvante simul caloris imminente suffocatione, qui propterea collectus circa cor amplius eventilari cupit. qua ratione dormientes etiam non vigilantes frequenter stertorem edere solent imprimis ubi dorso incumbunt.

Sudor est seri copiosioris per habitum corporis dissipatio

Sudores frigidi aliquando fiunt ex imbecillitate retentricis, adjuvante superfluitatis serosæ copia. calore maxime propter imminentem suffocationem & internum æstum ad centrum recurrente, ut in paroxysmis epilepticis & hystericis.

Somnus multus noxius in illis morbis qui criticè ad cutem absolvunt ut in variolis & morbillis, cum natura semper melius expellendi officio fungatur ægris mediocri somno utentibus. Quare si ab initio nimius somnus apparuerit, oportet ægros ab eodem abducere, aceto rosaceo naribus oblato. *

Strumæ vide pueri pag. 850.

Somnus fit revocatione caloris & spirituum ab organis sensuum. cum autem hæc impeditur propter intensam doloris sensationem pervigilia introducuntur.

Scabies ... fit propter adustos humores & salsos ex dyscrasia viscerum productos, quæ tandem cutis asperitatem ... congestam in poris cutis ... ... pruritum totius ob ejusdem humoris acrimoniam rodentem producit: squamis furfuraceis

succedentibus ob lentorem adustae peccantis materiae conjunctum; cum magna duritie cutis horrida tandem evadit tunc scilicet cum cutis substantia ita indurata est, ut commode excrementa sua deponere nequeat, unde colore cutis aspera redditur. Vide Cutis

Scorbutica cephalaea non tantum ex peccantibus manifestis qualitatibus & humoribus oritur, sed accedit singularis altae huius corruptio, tali morbo propria, quam ob causam affectus diuturnior & curatu difficilior redditur.

Scorbuto multa appropriata sunt medicamenta inter illa autem Cochlearia facile primas obtinet: Nasturtium aquat: secundas; tertias chelidonium minus, quartas anagallis aquatica; Quintas chelidonium minus. terebinthina, myrrha, & raphanus rusticus hic quoque non parum pollent.

Σποραδικοὶ νοῦσοι vide morbi sporadici p. 73.

Semen ad omnes partes generandas δύναμιν obtinet quatenus ex sanguine & spiritu tanquam ex quo cedunt in substantiam omnium partium totius corporis producitur.

Scorpiones locis aridis ignotus paludosis frequens est teste Stegkio lib. 4 Med. pract. c. 13. Imo etiam Olaus Magnus in Sept. gent. hist. lib. 16. c. 51. Scorbutum frigida motorum excitatione fovere scribit qui tamen eodem affectante mirabilata mitescit.

Somnus insignes utilitates humano generi præstat, nã teste Ægineta lib. 1. de re Medica c. de somno cibos concoquit, dolorem mitigat, lassitudines levat, ut non immerito Seneca in tragœd: Herc: domitor malorum, requies animi, parsque humanæ melior vitæ nominetur; Hæc de moderato somno intelligenda veniunt, nam immoderatus crudos succos in corpore auget & viscera graviora reddit secundum Gal: lib. 12 meth: med: capite 3.

Sudores multi & copiosi qui in acutis febribus sine levamine prodeunt difficiles sunt & noxij, ut causa & ut signum: ut causa quatenus copiâ & frequẽtia vires dissolvunt; ut signum quia denotant humorem contumacem copiosum, & facultatem oppressam.

Soli inter planetas præcipua rerum dominatio attribuitur, qui ut suo accessu earum generationem, ita recessu corruptionem invehit, suoque anni tempora distinguit, ut in ijs varia fiant temperamenta, & in nostro corpore varij humores procreentur: cui Ptolomeus c. 4. lib. 1. de judiciis vim tribuit calefaciendi & paululum siccandi. Sed cum calidum & humidum substantiâ & qualitate dicatur Sol, substantia calidissimus & humidissimus censetur, quod eius adventu omnia vireant, nativum humidum augeatur, & homines repuerascant: Quantitate vero modice calidus est quia calor humidi copiâ obtunditur; & paululum siccus quia humidum aqueum ab eo consumitur.

Strumæ inter abscessus frigidos & pituitosos referuntur, quia tumores plerumque indurentur, & in scirrhum aut cancrum ... [illegible] degenerent tamen a pituita veniunt radice primum

ducunt originem quæ non solum metastatione intentas
succi melancholici nidunt, sed etiam ustione, ut Avicen.
placet) in atram bilem faciunt: sic vero dictæ sunt,
quod strue sive congerie quadam pullulent. græci χοι-
ράδας vocant, idest scrophulas a suibus, qui multiparis a-
nimalibus & huic morbo opportunis. ut licet colligere
ex Plinio cap. 51. Columella c. 10. lib. 7. & Varrone
lib. 2. cap. 4. generantur autem bifariam. sunt enim vel
ipsæmet glandulæ puræ pituita imbutæ & induratæ ut
censet Gal. c. 11. lib. 14. meth: vel tumores adenosi
propria tunica obvoluti & in glandularum speciem con-
crescentes. ideoque inuadunt non modo cervicem alas in-
guinaque ubi glandulæ multæ vasis suis fulciuntur, sed
etiam emergunt non raro in mammis & lateribus, auto-
re Celso c. 28. lib. 5. ac reliquis etiam partibus ut
brachio, jugulo, pectore, prout vitium ad has vel a-
lias partes serpit. quod minus fere prius conceptum
est & ab infernis visceribus iade [illegible] faucium fecunda sa-
pore foras propagatur. materia omnium communis
crassa quidem & frigida pituita est ex commentario
Gal. in aphoris. 20. lib. 3. sed quæ sensim vi calo-
ris & putredinis acrimoniam acquirit & ichorem inan-
imi ratione strumæ fiunt contagiosæ. quod si bilis a-
tra ad pituitam accedat, non modo exulcerantur verum
etiam dolore, inflammatione, & gliscente contagio, et
viunt magis, omnique carcinomati æmulantur.

Sternutamentum revocatur ad genus eorum symptomatum
a quibus natura salutis gratia præsidium conquirit
quod nihil aliud est quam motus cerebri, quo per na-
res confertim acto spiritu conatur sibi molesta expel-
lere ex Gal. lib. 2. cap. 3. de causis symptomatum

cuius causa interna continens est spiritus flatuosus: vel solus, vel cum humore qui nares irritante, vel crasso obstruente, qui per angustum locum foras erumpens edit strepitum ex aphor: 51. lib. 7. Externæ sunt quæ vel humores fundunt & spiritus excitant ut calor ex eodem aphor: solis radii ex Iusto. prov: 4 ecti 33. vel quæ memoravimus feriunt & vellicant ut frigus fumus acris vapor, & ptarmica naribus indita.

Symptomatis nunquam plenam possumus habere cognitionem quoties veram proximamque eius causam perspectam non tenemus.

Sanguinis missio vide Phlebotomia.

Sanguis diutius manifestis ex hepate ad sinistrum cordis ventriculum transfertur, ut ex naturali fiat vitalis. Ex hepate enim sanguis per venam cavam in dextrum ventriculum cordis; ex hoc per venam arteriosam in pulmones, e pulmonibus cum aere per arteriam venosam in sinistrum ventriculum cordis transfertur. Fernel: lib. 3. part. 4. c. 1. p. 415.

S

Sabes. vide pulmonum exulceratio.

Testes sunt membra spectantia conservationem speciei propter facultatem [illegible]: His inserviunt semino deferendo in viris quatuor partes in mulieribus simplex tantum membrana cum partibus internis quibus insident. Deinde materiam adducendo ministrant duo arteriae spermaticae ex arteria magna ortae. & duae venae, quarum dextra a cava sinistra vero ab emulgente. ne a continuo arteriae magnae motu turbatur. Denique semen excoctum recipiunt vasa ejaculatoria. illudque in viris recipiunt prostatae. in mulieribus vero ipse uterus generationis hortus foecundissimus.

Tympanites habet generalia signa hydropis puta tumorem ventris & pedum cum anasarca & ascite quoque concurrentia una cum reliquis ut sunt gravitas difficilis respiratio excrementorum retentio &c. hi tamen tumores impressi digiti vestigia non modo non retinent sed subiacentis flatuosae materiae causa indicant, quia hic affectus ex flatibus ut plurimum constat utpote cum originem suam noscat ad imbecillitate concoctionis, qua materia cruda flatuum

[illegible] [illegible] apta gignitur quæ propter
calorem diminutum perfecte non resolvitur
sed in flatus convertuntur. Est hæc [illegible]
[illegible] frequens [illegible].

Tubercula calida fiunt vi facultatis expultricis, quæ
materiam serosam [illegible] tamen ad externa
[illegible] provenit.

Tumor [illegible] fit aliquando ab imbecillitate intes-
[illegible].

Tumores febricitantium [illegible] fiunt vel per con-
gestionem vi caloris [illegible] vel etiam per
[illegible] alimentorum tempore [illegible]
[illegible] ingestorum.

Tussis sicca fit aliquando a materiæ cruditate quæ
non vult cedere expultrici, aliquando a com-
pressione diaphragmatis, aliquando vero ab
acrioribus [illegible] pulmones irritantibus.

Tussis fit vel propter resolutas materias pituito-
sas a capite [illegible] ad pulmones defluen-
tes, vel propter pectoris angustiam in
corpore [illegible] [illegible] caloris [illegible]
ne, vel propter gravatum pectus a de-
fluxu acrioris materiæ.

Tussis aliquando fit cum [illegible] materiæ
ut in [illegible] propter imbecillitatem nutriti-
væ [illegible] collectis defluxionibus a capite
ad [illegible] quæ per calorem absumptis [illegible]

oribus partibus viscidi[ta]tem induunt, difficul:
tatemque pectoris, et tussim molestissimam pro:
ducunt.

Item Venerei scirrhosi praeterea circa vulnera
et pedes observantur, quia neque tum [illegible]:
[illegible] aliquamdiu, virus suum ita cerebro sen:
sim imprimit, ut consistentiore pariter excrementa te:
nacia, viscida, malignam acrimoniam obtinentia
primum intra cranium existentia, deorsum [illegible]
[illegible] exacerbatum, ossaque tumore quodam
externe; ossa autem [illegible] circa
cubitus vel a naturae roboratione remotas magis
ad partes expulsa, tumores scirrhosos et indu:
rationes, ad [illegible] etiam dilatationes et ca:
riem usque producere solet. Fiunt autem ejus:
modi tophi a malignitate singulari, quae se:
dem suam habet in phlegmaticis viscidis atque tar:
tareis humoribus, in quibus radicatur, fovetur
atque producitur, cujus proprietas in eo consistit
ut in solidis partibus coaguletur. Talis coagu:
latio tanto difficilior est ad resolutionem quo
firmiores diuturnitate temporis radices egit,
ea propter, quod origo corruptionis istius ma:
lignae, depravatae sanguificationi debeatur ob
labem alienam jecoris, iisque sanguificationis
organis impressam, ita ut ob causam hanc to:
ta massa sanguinea corrupta ejusmodi tartaro

invisibiliter inficiatur, donec id ipsum propter attitudinem partis patientis, circa partes soli-das ossa videlicet & periostia non absque do-lore coaguletur. Vide Bubo Venereus.

Theriaca Andromachi vide Andromachus. b. 5.

Tabidis [illegible] post suppressam alvum pruriginosa fiant corpo-ra malum est [illegible] in coac: quia cum [illegible] [illegible] [illegible] der [illegible] vitiosi [illegible] pra copia in corpus [illegible] [illegible] [illegible] est ut id deterius evadat, & emacietur itaque cum [illegible] tandem [illegible] accedit, corpus celerius exarescit [illegible] [illegible] [illegible]

Talpa sive testudo est tumor praeternaturalis [illegible] [illegible] catus quia sicuti talpa elevat terram [illegible] [illegible] mor cutem a pericranio.

V

Variolarum ad livorem inclinatio naturae potius incumbentis quam excellentis signum est.

Ventriculi imbecillitas in hectica fit quatenus intemperies hepatis maior est, et consequenter ventriculi coctio diminuitur, tam respectu caloris nativi sensim in hecticum mutati, quam quod alimentum reliquae partes non attrahant.

Ventriculi imbecillitas plerumque cum iecoris caliditate quadam praeter naturali iungitur.

Ventriculi intemperie frigida laborant qui destillationes capitis frequenter patiuntur quod imprimis necessarius hepatis et lienis calor duplici modo noceat: nimirum ventriculi calorem immoderatione sua debilitando et dissipando ac fundum ventriculi et ipsius externum fomentum epiploon cum immodicum est extenuando ut propterea quasi contabescat teste Platone.

Ventriculus frigidior et in concoquendo imbecillior fit tam quia eo inaequalem intemperie in sua operatione frequenter impeditur quam quia laeditur ab obiecto externo, fluxionibusque a capite saepius eo decumbentibus. Vide Hepat.

Ventris tormina aliquando fiunt propter flatus ab imbecilliori calore genitos. aliquando vero propter membranosam mesenterij substantiam ita ca vertebras humorum duplicatam ibidemque varijs nervorum propaginibus exorientem a succis putrescentibus vellicatam fiunt.

Ventris tumor aliquando fit ex inflatione stomachi ab eiusdem intemperie frigida cum materia, nec autem se tantum per vices prodit, & in eo differt a tumore hydropico qui continuatur.

Vigilias quod attinet quemadmodum ex vaporosis exhalationibus interdum somnus praeter naturam oritur ita frequenter in biliosis & malignis febribus ex incendio & acrioribus fumis maxime suam generationem obtinent & in eiusmodi casu propter spirituum dissipationem periclitantur aegri ita ut cum symptoma hoc admodum grave est, ad se curationem omnem trahit.

Vigiliae perpetuae in febribus maxime fiunt propter acres exhalationes motum spirituum animalium perturbantes vi aestus febrilis & commotione materiae peccantis cerebro communicatas.

Vigiliae etiam fiunt ab atroci dolore somnum impediente item propter absentiam causae naturalis, omni ab denegatam concoctionem praesentibus exhalationibus febrilibus spiritus animales inflammantibus; item propter denegatam quietem frequentia desuendi ut in diarrhaea. + p. 105.

Vinum copiose sumptum sitem non tantum exacerbare sed etiam crudos frigidosq succos generare potest.

Vinum tenuius a [illegible] in febribus malignam sanguinis massæ putredinem innuit.

Vinum tenuitate sua penetrat & ebullitionem sanguinis juvat.

[illegible] obtenebratur aliquando quatenus effervescentia [illegible] spiritui animali minus conveniens eundem impuriorem reddit, ita ut objectorum specierum visibilium coloribus justo modo tingi non possit. Vide scotomia.

Vomitus est symptoma expultricis ventriculi, nam ex corruptione esculentorum & potulentorum bilis pituita & alij humores in ventriculo [illegible] quæ propter corruptionem & conceptam putredinem [illegible] ventriculum ad expulsionem stimulare solent.

Vomitus aliquando fit quatenus bilis [illegible] & per consequens etiam in vesicula fellea & duodeno intestino effera redditur, à quo ventriculo proximissime communicatur: aliquando vero propter concussionem cerebri [illegible]. aliquando etiam in colica a bile [illegible] coli impacta unde transferri nequit, ut bene cum proximior via ad inferiora fit, & valvula ejus initio apposita difficulter hoc admittat.

Vomitus biliosi & pituitosi humoris perniciem indicat materiam peccantem imprimisque circa viscera concoctioni adhaerentem.

Vomitus in vulneribus vel contusionibus capitis fiunt propter consensum quem nervi stomachici ex communicatione inter ventriculum & cerebrum contrahunt. Indicant autem vel cerebrum, arachnoidea & duram matrem contusionem meningum compressionem & incisionem juxta Fallopium de vulneribus capite 22. Maxime si dolor loci, soporosa vertigo narium stillicidium, imprimisque laesio facultatis animalis adsit.

Vigilia in hecticis fiunt propter nutritionis defectum destituto cerebro convenientibus exhalationibus ex concoctionibus omnibus scilicet ad siccitatem inclinantibus. Aliis nonnunquam ob cerebrum excalefactum vaporibus levioribus cerebrum confertim occupantibus.

Urina naturalis redditur quia nihil putredinis est in genere venoso

Urina subflava obstructiones circa mesenterium & reliqua viscera concoctionis a materia tenaci orta denotat.

Urina spissa cruditatis & sinus non perfecte secreta signum est & morbum diuturnum innuit.

Urina tenuis cruditatem, subrufa vero initium secantis materiae concoctionem significat.

Urina paullulum tincta potest esse propter quamvis commotionem laboriosam.

Urina cruda & tenuis aquosaque redditur propterea quod parum humoris excrementitij, cuius ratione juvante concoctione crassa & colorata evadit, cum eâ commisceatur. quatenus scilicet jecoris concoctio debilior non a massâ sanguinea, quod vitiosum & tartareum est, ad ipsiusque serii tincturam facit, separat, sed acres & salsas impuritates in sanguine relinquit, quae postea collectae, circaque venas minores viscerum quodammodo coagulatae miram variorum symptomatum συνδρομήν efficiunt.

Urina rufa tenuis fit propter calorem jecoris & internarum partium exuperantem materiâ crudâ adhuc existente.

Urina crassa & rubra indicat ichorum sanguinis magnam perturbationem, ubi timendum ne facile peccans materia in partem aliquam nobilem ruat. Aliquando fit subrubra crassa propter vini meracioris copiam ad nutritionem ministrantem quam jecoris calor inter cor de-ferri convenienti materia sanguinis propter obstructiones mesenterij, stomachique crudita-tionem imbecillam, producit.

Urina alba redditur propter concoctionis imbecillita-

tem vasorumque minorum obstructionem

Urina furfuracea non semper fiunt ob membranarum vel vesicae cariem seu scabiem quod quidam in talibus urinis semper fieri statuunt sed succis crudis particulariter adustis & in pollinem quasi redactis vi caloris extranei agentis ut notat Ca: sesius lib. de urinis c. 4.

Urina flammea perturbata simul malignam massae sanguineae putredinem innuit.

Urina viridosa furvida fit propter expultricem depravatam qua peccantis materiae malignitate stimulata citius quam coctio ter:tii possit egerit, sero putredinis affectione communicata.

Urina cruda & aquea quam etiam spuream vocant fit ob imbecillitatem concoctionis ac separationem & digestionem aquei seri minus sufficientem.

Urina sanguinea reddita sine ullo dolore indicat nec a calculo continuum solvente nec etiam ab exulceratione quadam fieri: restat igitur in acrimonia vitiosi sanguinis & imbecillitate renum huius affectus causam esse quaeteriam. x hanc plerumque comitatur constipatio alvi & sitis.

Urina redditur cruda propter sanguinem non rite digestum & a partibus excrementitiis secretum.

Urina sedimentum tartareum rubicundum post coagulationem putredinem circa viscera concoctionis innuit

Urinæ suppressio quæ fit sine dolore cum lienteria
lethalis est quia talis provenit à facultate suc=
cumbente nec serum secernente.
Uteri suffocatio quomodo differat ab Apoplexia vide
Apoplectici.
Vulnera capitis vide capitis vulnera item Cranij
apertio.
Variolæ & morbilli pueritiam potissimum affligunt
cum sint corporis humani effloescentiæ j.n. à
vitijs impuri sanguinis postremis mensibus in utero
attracti natura profundum exterminante cum febri
prodeuntes; suntq; ex crassiori humore, unimes
fame repletæ variolæ, vel ex tenuiori humore
minuti rara morbilli vocati. Ætasq; eo respi=
ciendum, ut conditio x [illegible] humorum, statut
natura segnior ad expellendum adjuvetur, extet=
næq; partes quantum fieri potest à perniciosis
audentibus defendantur.
Vitiligo vide scabies sicca pagina 90.
Vigilia non minus vires exsolvit quam sensibiles evacua=
tiones si modum excedat, ac proinde convulsione
& desipientiam inveniunt ex aphor: 18. lib. 7. quia
ut caloris & siccitatis est procreatrix, ita spiritus in=
flammat & exurit humores acuit, cerebri temperie
immutat sensuum, mentisq; functiones pervertit.
vide etiam ex ciboribus febres accendit corpus exsiccat
bilem congerit, & morbi pepasmum impedit

Ventriculus frigidus ad appetendum plurimum viget. ad coquendum minime. calidior vero melius coquit quam appetit, & multo magis quae dura sunt: quae enim facile alterantur in ipso corrumpuntur.

Urina nubeculas elevatas habens per se permutationem humorum in venis a flatuoso spiritu, per accidens vero delirium significat.

Ulcera omnia quae medico seu chirurgo non delinquente in longum tempus prorogantur, vel pravorum humorum affluxum, vel cachexiam malamque partis diathesim, vel ossis cariem testantur.

Ulcus Chironium illud dicitur quod adeo ferum est & praeterum ut Chironis manum postulet [illegible] ... tota vita misere fuit [illegible].

Vires [illegible] omnia ferunt. imbecilles vero etiam a minimis offenduntur. Gal. lib. 10 method. med.

Urina aliquando videtur sine febre aut inflammatione hepatis ex imbecillitate scilicet abolita fere facultate naturali. Dodonaeus cap 30 observationum medicinal

Uteri suffocatio cum uteri ascensu qui ita appellatur non idem malum est. In uteri enim ascensu proprie dicto, non ea quae in suffocatione uteri apparent symptomata neque metus, neque sopor gravis, neque delirium aut alia ejusdem graviora symptomata adsunt, sed saltem foemina quodam praecordiorum dolore, spirandi difficultate, aut animi aliquo deliquio premitur. Ideoque etsi a pravis vaporibus quocunque modo ad superiora ascendentibus suffocatio uteri fieri possit: non tamen uteri ascensus in quo globus quasi quidam

tactu in abdomine deprehendi potest, quod non fit in suffocatione uterina. Vero autem consentaneum est id corpus quod tactu deprehenditur, non ipsum uterum esse, sed testes & vas illud caecum quod à Fallopio inventore, qui tubae extremo id orificio comparavit, Tuba Fallopiana dicitur. Cum enim testes uteri sint penduli & corpus tubae spongiosum, laxum & vagum, dum semine corrupto, & vaporibus ac flatibus replentur & turgescunt, per hypogastrium hinc inde moveri, & ad umbilicum usque ascendere possunt. Sennertus lib. 4. part. 1. sect. 2. c. 18. p. 86. 87.

[illegible] nihil est quam morbi maximum symptoma [illegible]

[illegible] causa est [illegible]

[illegible]

[illegible] materia copia & [illegible]

Ad curandum ulcus fistulatum.

℞ Bugulae, Saniculae ana m. ij. Agrimoniae
ana m. j. Cariophyllatae*, Angelicae, Consolidae majoris,
Plantaginis costati ana m. ij. Dentis Leonis m. j.
Consolidae minimae, Foliorum, Arthemisiae ana m. ij
m. ij Scabiosae*, Betonicae, Summitatum rubi, Menthae
silvestris ana m. j. Absynthii m. ij.
Coquantur spacio 4 horarum ad minimum
lento igne in lb. j. mellis optimi et aquae
congiis quatuor (sc. totidem gallons) ad ebullitionem medietatis. Coquatur inquam probe obturato vase. Capiat huius potus vulnerarii frigide circiter lb. j. singulis diebus ad absolutam vulneris persanationem.

Thomas Drake.

Correspondents:

Ashworth 39v, 43v, 127v

Mayerne 53, 109v, 163v, 199v
vol. ii: 52, 65v, 69v, 107, 129

Bagley 66v

Clayton 70

Lapworth 80, 112, 175v, 183v, 208v

~~Winston~~ 94v

Robinson, his brother (in-law?) 174

Parks, J., 181

W., Dr. 195

~~Bond~~, T. 205

Loupson, D., [illegible], 206 [illegible], 11

Hartford, B., vol. ii: 22v

Damoeus, ii: 29, 33 ([illegible])

Esterman, Art., ii: 34

Goodwin, R., ii: 40v

Stoddon, P., ii: 74v ([illegible])

Bridges, ii, 53v

Martin, Jos., ii: 88

Parey, ii: 102v

The Dauntrey, ii: 117

OVER

Correspondents (cont'd)
vol. II
Langley, J., 121v
Palmer, J. 124

131 BAVE. CONSULTATIONES MEDICARUM SAMUELIS BAVE, THE AUTOGRAPH MANUSCRIPTS, *with bookplate of Chas. Bave*

2 *vol.* 1629-1637

Samuel Bave was a very eminent physician living in the reign of Charles I. Son of Francis Bave of Cologne he was educated at Christ Church, Oxford, and first practised at Gloucester and subsequently at Bath where he died in 1666, aged 80, and was buried in the Abbey. These very interesting volumes record his consultations with eminent doctors and patients, with statement of their cases, and prescriptions. There are numerous letters from and to the celebrated Sir Theodore Mayerne, doctor to James I and Charles I.